

SPECIMEN TOPOGRAPHIAE  
MEDICAE DORPATENSIS.

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA

QUAM,

CONSENTIENTE AMPLISSIMO MEDICORUM  
ORDINE

IN

UNIVERSITATE LITERARUM CAESAREA  
DORPATENSI,

PRO GRADU

DOCTORIS MEDICINAE

LEGITIME IMPETRANDO

LOCO CONSUETO PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

*CAROLUS LUDOVICUS MORITZ*

LIVONUS.



DORPATI LIVONORUM.

EX OFFICINA ACADEMICA J. C. SCHÜNMANNI.

MDCCCXXIII.

FRIDERICO THEOPHILO MORITZ,

PRAEPOSITURAE WERROENSIS ANTIQVITATI, ECCLESIAE ANZENSIS  
PASTORI, COLLEGII SUPREMI ECCLESIASTICI ASSESSORI  
ETC. ETC. ETC.

Imprimatur,

ea tamen conditione, ut, simulac typis excusa fuerit haec  
dissertatio, septem exemplaria collegio, cui censura libro-  
rum mandata est, tradantur.

Dorpati Livonor. d. xxx. Mart. mccccxxiii.

Dr. J. C. Moier,  
h. r. Decanus.

PATRI OPTIMO CARISSIMO

DIZ 6 M

NEC NON

JOANNI FRIDERICO ERDMANN,

MSD. ET CHIR. DOCTORI, A CONSILII COLL. ROSS., THERAPIAE  
ET CLIN. P. P. O, ETC. ETC. ETC.

PRAECEPTORI ILLUSTRISSIMO ET DOCTISSIMO,

VIRIS PRAESTANTISSIMIS MAXIMA-  
QUE PIETATE COLENDIS

HOC PRIMUM LITERARUM SPECIMEN

GRATI ERGA ILLOS ANIMI DOCUMENTUM  
ESSE VOLUIT

AUCTOR.

Lectori humanissimo

S. P. D.

Carolus Moritz.

Cum in eo jam essem, ut dissertationem hanc meam in solem pulveremque producerem, diu detinebar cum in aliis nonnullis, tum in ea praesertim cogitatione, fore permultos, qui, in ipsa topographiae medicae operosa conscriptione versati, opus hoc inconsulte ac temere, immo etiam proterve a me susceptum putent. Siquidem in ceteris scribendi rationibus auctor jam saepius tractata retractat, in hac, ut ita dicam, saucia nondum vomere terra exaratur. Quod et mihi usu venisse confiteor, impeditamque et difficillimam reddidit tractatus hujus conscriptionem.

Attamen, quo arduum magis opus a me susceptum fuerit, eo faciliorem te, lector humanissime, magisque ad ignoscendum proclivem mihi fore, ratus, notatu dignissima paucis tantummodo enarravi. Utinam majora melioraque, de oppido nostro conscripta, specimen meum oblivioni tradant, tunc me primum operi manum adhibuisse sat erit. — Vale! —

## Caput I.

### *Historiae oppidi Dorpatī breviarium. \*)*

Jurjew Jaroslaw, princeps Novogrodensis et Kiewensis, anno millesimo tricesimo post Chr. natū oppidum nostrum eo certe consilio, ut omnem provinciam suo imperio subiciat, condidit, unde a Rossis nunc etiam Jurjowa appellatur. Dorpatī nomen sane Esthonorum vocabulo Tarto-liin, Tatarorum urbem significanti, respondet (Esthoni scilicet tunc Rossos et Tataros haud distinguebant). Ex quo tempore ducentos fere per annos regulis parebat, imperio Rossico subjectis. Anno 1223 equites ordinis ensiferorum Livonici illud expugnabant quidem, sed sequente anno Rossis et Esthonis inter se conjunctis imperium cedebant, quod Albertus, Livoniae Epis-

---

\*) Cf. Skizze einer Geschichte der Stadt Dorpat. Entworfen von Friedrich David Lenz, Oberpastor in Dorpat. Dorpat 1803.

copus, eodem anno sibi adseruit. Trecentos et quatuordecim per annos Dorpatum nostrum, Episcoporum ditioni subjectum, summum potestatis divitiarumque obtinebat fastigium. Postea vero non solum Rossi illud vexabant, sed turbis seditionibusque civium res militaris lababat. Melchior Hoffmann scilicet, pello quidam, in Suevia natus, sacra a Luthero emendata eo successu divulgabat, ut mox in solo templo episcopali sacra Romana, in ceteris Lutherana fierent. Iwan Wassiljewitsch II. demum anno 1559 oppidum expugnabat, quod viginti quatuor per annos, Rossis, Polonis et Suecis inter se bellantibus, nunc ab his, nunc ab illis vexatum et vectigalibus maximis confectum, magis magisque exhaustiebatur, et in summam recidebat inopiam. — Anno 1582, pace composita, Iwan Wassiljewitsch Dorpatum Polonis cedebat, quod 45 per annos gravissima sane sustinebat tempora. Vectigalia iniqua, odium ex dissensu in sacris, nec non morbi pestiferi incolas plane fere conficiebant. Aedes sacra St. Joannis sola in usum confessionem evangelico-lutheranam profitentium remansit. Sacerdotes catholici in ceteris vitam luxuriosam et libidinosam degebant, immo etiam sopiti festum St. Joannis celebrantes templum egregium St. Mariae anno 1596 incendebant. Bello inter Sigismundum III. et Carolum IX. commisso, Dorpatum a Suecis quidem expugnabatur, sed triennio post a Polonis recuperabatur, donec Gustavus

Adolphus tandem, Sueciae rex celeberrimus, anno 1625 oppidum in suam potestatem redigens, Academiam, Gymnasium, institutaque alia multa condens, feliciorum ad statum eveheret. Sed jam anno 1656, bello iterum in Livonia commoto, Dorpatum, a Rossorum principe Alexei Michailowitsch quamvis expugnatum, attamen quinquennio post, pace condita, sub Sueciae potestate mansit. Sed vectigalia quam maxima ad bellum sustentandum, quod Sueciae reges vicinis inferebant, conflanda erant. Anno tandem 1704 Petrus Magnus, Rossorum Imperator, Dorpatum nostrum ipsi infestum vi disjecit, et contumaces cives captivos in Rossiam deduxit. Oppidi ruinae tredecim per annos feris tuta praebant refugia, dum civibus redire et aedificia de integro condere licuit, quae vero flamma anno 1760 magna ex parte rursus delevit. Anno 1775 vix denuo exstructa incendium quam maximum in cineres convertit. Catharina II., Imperatrix clementissima, nec non omnes fere Livoniae cives multum suppeditabant pecuniae, ad oppidum melius splendidiusque extruendum. Alexander I. denique, Imperator noster longe Clementissimus, oppido favens, Almam Litterarum Universitatem, ab Augustissimo antecessore jam designatam, anno 1802 condidit. Ex quo tempore aedificiorum incolarumque numerus quotannis augebatur.

## Caput II.

### *De agro Dorpatensi,*

**D**orpatum, antiquissimum Livoniae oppidum, situm est sub  $53^{\circ} 22' 47''$  latitudinis geographicae septentrionalis, et  $44^{\circ} 25' 45''$  longitudinis ab insula Ferro \*) ad utramque ripam fluvii Embach in regione adeo depressa, ut fluvii superficies mare Balticum altitudine vix 98 ped. superet. Flumen Embach ab Occidente Orientem versus, e lacu Wirzjerw in lacum majorem Peipus, flexibus paene Meandriis decurrens, urbem, cursu ad Meridiem fere deflexo, secat. Ripae, utrimque paulatim insurgentes, vallem altiorem ac perpetuam conformant, cujus in sinu altera quidem urbis pars, altera vero in

\*) Annales scholae clinicae medicae Dorpatensis annorum MDCCCXVIII, MDCCCXIX et MDCCCXX. Summibus publicis editi ab instituti direttore D. Joanni Friderico Erdmann. Dorpati MDCCCXXI, pag. 3.

clivis, vallem excipientibus, exstructa est. Clivus occidentalis, orientali altior, maris Baltici superficiem centum circiter et nonaginta ped. superat, summumque ejus, castello olim munitum, nunc compluribus Universitatis litterarum aedibus praeclare ornatur. Quae vero urbis regio elata meridiem versus ita extollitur, ut ter millesimo circiter ab urbe passu 290', et decimo fere milliario duplici vel triplici pedum numero supra maris Baltici superficiem insurgat. Septentrionem versus milliaria nonnulla progredienti paludes silvaeque occurrunt, quae collium serie in duas dividuntur partes. Occidentem versus solum eodem fere modo sensim sensimque insurgit, quo Orientem versus ejus altitudo decrescit, unde fluvius placidus molles deducit undas, per spatium sexaginta duorum milliarium Rossicorum vix ultra 25 ped. descendens. Sed cataractis compluribus et alveo nunc angustiore nunc capaciore amnis modo incitatur modo cohibetur, et Dorpati, ubi 175 usque 200 et imo 250 circiter pedes latus est, in minima horae parte (secunda) pedis spatium percurrit. — Ripae infra urbem, etsi majoribus nonnusquam obsitae silvis, omnino sunt uliginosae, paludesque praebent, hominibus parum patentes, anserum anatumque olorumque gregibus tuta domicilia. Tempore verno Wirzjerw et Embach maturius quam lacus Peipus glacie liberantur, qua, in fluvii ore sese accumulante, maxima per vastam omnem vallem efficitur proluvies.

Soli naturam descripturi, non possumus quin nonnulla a celeb. Professore ab Engelhardt novissime exquisita praeponamus. Naturam scilicet geologicam Livoniae perscrutatus, acutissime de origine variorum nostrorum terrae stratorum haec fere statuit. Varia Livoniae et Esthoniae soli natura regionis altitudinem sequitur, quae, ubi una est eademque, ibi et solum eandem servat naturam. His vero in tractibus strata terrae nec insurgunt summos ad colles, nec descendunt in valles, sed, si de origine eorum suspicari licet, aevo pristino alia super aliis situ horizontali jacebant, terraeque hujus superficies aequoris magni speciem habebat, donec vis quaedam naturae, modum excedens, strataque tota auferens, regioni huic cum montes vallesque, tum solum omnino recens tulit, quod per gradus sese extollens, naturam induit diversam. Quinque hucusque invenit gradus, quorum ordine enumerato, Prof. Erdmann de soli vicini natura haec protulit \*): „Regiones oppido nostro proximae ex stratis terrae inferioribus quarti gradus prodeunt, valle ipsa, quo continetur, gradui quinto immissa. Strata planorum elatorum circumjacentium in superiori parte, ex argilla et arena mica commixta, in inferiori autem ex sabulo et argilla vi-

---

\*) l. c. pag. 4.

ridescente et rubicante, sibi invicem impositis, constructa sunt, quibus lamina argillaceo-calcareo crassitudinis 1 vel 2 pollicum subjecta est.“

Utrimque in collibus quarti gradus uberrimae rident segetes, quibus in mediis ripae fluvii spatiosae quidem, sed uliginosae et depressae, culturam omnem respuunt, foenum tantummodo permultum oppido praebentes. Silvae quoque, passim occurrentes, ligni copiam haud despiciendam exhibent, quod tamen, cum hac in regione ad vitam propagandam eo potissimum fere egeamus, e Rossia praecipue scaphis magnis advehitur. Tertium quoque regionis hujus planities oppido adfert emolumentum, quod vero, per pascua permagna, de quibus infra sermonem faciemus, incommoda simul adfert sanitati.

Capiti huic priusquam finem imponamus, quaedam, historiam hujus regionis naturalem attingentia, enumerare haud sane alienum, si modo fines specimenis topographici arctiores a nobis haud transiliantur. Regnum animale primum spectantes, pisces praecipue notatu sunt dignissimi, quorum magna est praestantia eaque multitudo, ut homines plebeji, praeter ceteris vero Rossi tempore jejuniarum solemnium, iis potissimum vescantur, qui quidem partim in fluvio ipso, partim in lacu Peipus capiuntur \*). Frequen-

---

\*) Quos accuratius cognoscere operae sane pretium esset.

tissimus et huic regioni fere proprius est *Salmo Maraenula* \*) (Rebs), praeter quem multi capiuntur alii, e. g. *Esox Lucius*, *Maraenula Anguilla*, *Gadus Lota*, *Cyprinus Brama*, *Cypr. Tinca*, *Cypr. Rutilus*, *Cypr. Idus* \*\*) (Dickfisch), *Perca Fluviatilis*, *Perca Ceraua*, *Silurus Glanis* etc.

Piscator quidam Esthonus interrogatus viginti varios enumerabat pisces, quorum multos nondum cognitos esse haud dubito. Sic saepissime hic Salmonis quaedam species, quam Germani et Esthoni *Igas* nominant, capitur, cujus signa, partim cum *Salmo ne Wartmanni*, partim cum Autumnali convenientia, accuratius constituere conabor. Ipsum cel. Rudolphi, in Entozoorum synopsi, *Ligula* major, quam semper bullis flavis inclusam et ventriculo inhaerentem vidi, fugisse videtur. Diacritica Salmonis nostri signa haec fere sunt: Caput cuneatum, parvum, maxilla superiore obtusa, longiore; pupilla subrotunda margaritacea, membrana branchiostega radiis 9; pinnae caeruleae, marginatae; pectorales radiis 16—17, ventral. radiis 12—13, anal. rad. 13, caudal. rad. 20, dorsal. rad. 13, adiposa cinerea, margine piloso, pinnarum ventralium appendices breves. Linea lateralis punctis 23 notata recta ad caput subsacendens; squamis subrotundis, tenuibus, mediae magnitudinis vestitus. Piscis longitudo 2 usque 3 ped.

\*) D. Markus Elisar Bloch's ökonomische Naturgeschichte der Fische Deutschlands. Berlin 1782. Th. I. S. 176.

\*\*) Bloch l. c. I. 255.

In hortis, alia praeter olera, brassica praecipue et fructus solani tuberosi seruntur, qui propter solum humidius cum male proveniunt, corporis etiam valetudini haud favent, quod suo loco magis exponemus.

Natura haec in regione ea potissimum gignit, quibus humus depressa aquosaque favet. Arborum frequentissimae sunt *Betula alba*, *Betula fruticosa*, *Alnus Incana*, *Pinus Silvestris* et *Pinus Abies*. Rarissime occurrunt, vel omnino non reperiuntur *Quercus pedunculata*, *Alnus glutinosa*, *Pyrus Malus*, *Ulmus campestris* etc. quae vero in regionibus excelsioribus saepe nobis obversantur. Rationem hanc regionum diversam praecipue herbae in lucem proferunt, quas, etsi multae nondum cognitae et systemati insertae sint, nihilominus a nobis, propter fines dissertationis arctiores, omittendas dolemus

## Caput III.

### *De oppido ipso.*

Limites constituti, quibus oppidum undique circumscriptum est, 12700 pass. vel  $8\frac{1}{2}$  milliaria Rossica efficientes, spatium 7000000  $\square$  passuum vel  $3\frac{1}{2}$   $\square$  miliar. Ross. fere amplectuntur. Quod spatium vero, quatenus aedificia in eo extenduntur, neququam pro oppidi magnitudine haberi potest; summa enim urbis recta longitudo, quae fluvii directionem sequitur, 3500 pass. vel 7000 ped. parisiens. vel  $2\frac{1}{2}$  miliar. Ross., et summa latitudo, a porta scilicet Rigensi usque ad Petropolitanaam 3000 pass. vel 2 miliar. Ross. est. Omne hoc urbis territorium, ex parte modo inculatum (sunt scilicet, si Academiae aedificia adnumeret, domus tantum 140 lapideae et 656 lignae), in tres divisum est partes\*), quarum prima et secunda

\*) Haec de oppido nostro proferentes auctoritatem tabularum et chartarum curiae secuti sumus.

dextrae fluvii ripae adjacent. Illa superior, minima quidem, domibus tamen plurimis ac elegantioribus ornata est, et circuitu 5000 pass. gaudet, qui spatium 1400000  $\square$  pass. amplectitur. — Fluvii ripa adversus fluctuum inundantium impetum natura et manibus satis munita est. Quidquid in hac urbis parte aedificetur vel reficiatur ex edicto, de aedibus lato, lapideum sit, necesse est.

Secunda urbis pars priori finitima sed major est, et circuitus 7200 pass. territorium 1800000  $\square$  pass. includit. Regiones fluvio vicinae inundationibus raro obnoxiae sunt.

Tertia urbis pars, omnium maxima, sinistrae fluvii ripae adjacet, ejusque circuitus 8000 pass. superficiem 3000000  $\square$  pass. circumscribit, quae tempore verno majoribus inundationibus objecta est.

Universitatis territorium 800000  $\square$  pass. amplectens, tribus illis oppidi partibus haud adnumeratur; constat enim e monte episcopali, nonnullisque aliis possessionibus, primae oppidi parti adjacentibus.

In toto oppido duae tantummodo sunt aedes sacrae, altera in usum confessionem evangelico-lutheranam profitentium, altera in usum ecclesiae Graecae addictorum. Illam, cui St. Joannis cognomen, non solum urbis cives, sed etiam vicina omnis dioecesis, 8000 capitum, frequentant. Diebus igitur festis et lingua Esthonica et Germanica bina in

illa sacra fiunt. Quod cum concionantibus et audientibus molestum esset, dioecesis urbi vicina et Esthoni in oppido versantes aedem sibi novam aedificandam statuere.

Cetera aedificia publica omittens, adjiciendum modo censeo, vincula publica, nec non instituta ad pauperes, ne stipem ostiatim quaerant, alendos, optimum sane in statum evecta esse.

Incolarum numero in dies crescente aedificia plurima privata vel ab integro conduuntur, vel diaetae quaedam aedificando adjunguntur. Quaecunque fere domus cellis in summo instructa est, quae possessoribus magnum ferunt quaestum, quippe quae negligenter et parvis sumptibus exaedificatae, civibus academicis magno locantur pretio.

Domus lapideae, ex parte duabus contiguationibus gaudentes, siccae salubresque redduntur cisternis cuicunque fere domui suppositis, ubi aqua colligitur et per canales subterraneos ad amnem deducitur. — Sed de his infra!

Domus lignae saepius quam latericeae humidae inveniuntur. Plurimae scilicet conduuntur in parte urbis uliginosissima, quae cisternis carens, moles lapideas ferre non potest. A pauperibus praeterea nec sedulo aedificantur, nec munde incoluntur.

Omnia aedificia ex jussu publico, ad incendiorum vim facilius compescendam, imbricibus muniuntur.

Domuum lapidearum et lignearum cubacula, a ditioribus habitata, amplitudine et elegantia insignia, fornicibus adversus vim brumalem muniuntur. Pauperum vero tabernae, in humidioris urbis parte sitae, parum capaces siccaeque, domicilia sanitati praebent infesta, eaque pestifera et convictu plurium et aliis rebus e. g. linteis lavatis siccandi causa suspensis, vaporibus variarum rerum ciborumque, sordibus et immunditie infantum, canum, felium, gallinarum, ceterorumque animalium; addas etiam consuetudinem lignum inepte incendendi, unde conclave subito vapore non modo calido, sed, e cibis ibi concoctis, foetido etiam impletur. Quae domicilia insuper in regione adeo depressa sita sunt, ut inundatione quotannis per multas hebdomades madent. Incolae nihilominus in illis vivunt, donec summum in aquis pereundi discrimen immineat. Tunc cellas in summo adscendunt, tibi cum omnibus quae ad rem domesticam pertinent, liberis animalibusque, aqua circumdantur. Damna, miserrime sic vitam degentibus imminentiâ, infra exponemus. In eundem fere modum noxia sunt domicilia subterranea, quae, quamvis domibus optime exstructis supposita, humore nunquam vacant, et aqua omnino sane implerentur, nisi cisternae illis substratae essent, quarum magna sane utilitas omnibus satis superque elucet, easque nondum ubicunque institutas, merito dolendum. Maximi igitur momenti haec esse censeo:

1) Cisternae in quacunq̄ue oppidi regione sumtibus publicis exstruantur. 2) Semp̄er munitae tectaeque sint, ne quis sordes illis injiciat, quae non solum fluvii aquam corrumpant, sed canales etiam subterraneos obstruant, quo facto cellae infimae omnes inundantur. 3) Quae quidem obstructio proluviesque sumtibus publicis citissime tollatur. Exempla enim multa existant, cellas inundatas non modo domiciliis, sed incolarum etiam valetudini, damno fuisse.

Areae domuum majorum lapidibus munitae quidem, sed angustiores sordibus nihilominus abundant. E culinis scilicet canales prodeunt, qui omnem colluviem quisquillasque in areas congerunt, quae insuper tectis variis coarctantur e. g. stabulis, puteis, tectis vehiculariis, secessibus foetidis, multisque aliis, et, si loci patitur angustia, cubicula stabulo vel imponuntur vel adjunguntur, quae, quamvis insaluberrima, imperitis tamen mercede locantur.

Horti, praesertim olitorii, in locis siccioribus nusquam fere obversantes, in humili udaeque urbis parte quam amplissimi inveniuntur.

Viae, latitudine diversae quidem, sed oppidi pro celebritate satis amplae, serenissimam praebent speciem (viae omnes nuper conditae ex edicto publico 42 ped. latae sunt). Plateae in oppido ipso lapidibus magna ex parte quidem muniuntur, tempestate vero pluvia a ceteris, stratis carentibus, luto obrutae, nec a domuum possessoribus, sedulo purgatae, viato-

ribus, tempore praesertim nocturno, lucernis extinctis, accessu incommodae sunt.

Aquae inopia oppidum nunquam sane laborabit. Praeter sex puteos publicos, optime et eleganter exstructos, privatos adhuc multos invenies, qui, in elatiore oppidi parte conditi, nec immunditiae nec sordibus corrupti, liquidam praebent aquam. Fluvii aqua, multis negotiis in littore confectis, e. g. corio permulcens, linteis lavandis, colluvie porro e plateis cisternisque confluenta etc., alienata et corrupta pauperes nihilominus ad bibendum et coquendum utuntur. Majorem sane mercatoribus adfert utilitatem. Navigiis scilicet minoribus lignum, asses, calx, caementa, coria aliaeque merces e Plescozia importantur. Exportatur prae ceteris vinum adustum. Quatuor aut quinque per menses fluvius glacie persolida tegitur, quae, tempore verno soluta, nullum oppido adfert damnum, nec enim tanto impetu, nec tanta mole in ripas pontesque fertur, ut per hos incedere periculum sit, commerciumque impediatur, quod quidem tribus sustentatur pontibus, quorum primus ligneus in publicis, ferro inter se munitis, exstructus est. Alterum Catharina II., Imperatrix Augustissima impensis 60000 uncialium Rossicorum (Rubel) e saxis quadratis solide atque eleganter conficiendum curavit. Tertius denique, ratibus consertus, tempore vernali et hiemali removetur. Amnis infestior sane periculosiorque natantibus, et soleis ferratis per

glaciem incedentibus. Nonnulli enim quotannis undis interimi solent, quod cum nimiae incolarum audaciae et temeritati, tum tenui praesidiorum conditioni tribuendum. Loca enim tuta et ad natandum commoda in vicinia oppidi non nisi pauca inveniuntur, et angustum illum, auctoritate publica designatum, non multi eligunt. Jam Senatus noster academicus magna cura et diligentia instituta natatoria stabilire decrevit. Utinam prospero gaudeant successu, periculumque a juventute nostra avertant!

## Caput IV.

### *De atmosphaera et climate.*

Inter regnum animale vegetabileque septentrionalis et meridionalis terrae discrimen nulla quidem re magis quam climate efficitur. Clima inquam arbores hic mira cum vi provenit in altum, pollentemque iis infundit vigorem, dum truncos illic arborescentes perire patitur. Australe hominum genus pulchra generosaque exornat forma animumque alacrem et ad crudelitatem propensum reddit, dum polarium regionum incolae, ignavia ac timiditate depravati, vitam degunt miserrimam. Immo vero et medico climatis vis contemplatu dignissima, quippe quae non epidemicos solum atque endemicos gignit diffunditque morbos, sed in alius etiam cujusvis morbi exortum progressumque maxime valet. De qua jam Hippocrates \*) haec perhibuit: „Quicumque artem me-

\*) Magni Hippocratis Cōi op̄ra omnia graece et latine edita industria et diligentia J. A. Van der Linden. Lugduni cl̄ob̄cl̄xv. De aëribus, aquis, locis. L. 1.

„dicam integre adsequi velit, primum quidem temporum anni rationem habere debet, quantum potentia quodlibet eorum valeat. — Deinde ventorum calidorumque et frigidorum maxime qui ex his omnibus hominibus sunt communes, et mox qui in unaquaque regione sunt indigenae et proprii“ etc. Idemque alio loco \*): „Mutationes temporum“ ait „maxime pariunt morbos, et in temporibus magnae mutationes frigoris aut caloris, et reliqua juxta rationem hoc modo.“ Merito igitur Rammazzini: „Divinum illud“ dixit „in morbis ex coelo Causa senex deduxit, authoremque et dominum in cunctis quae corpori accidunt, aërem appellat.“ — Quam si in posterum medici secuti fuissent, memoriaeque satis impressissent sententiam, tum quidem altius, mehercle! et illustrius ars medica hodie obtineret fastigium, tunc fortasse tot in illa atris nunc tenebris obductae res, clariore luce gaudentes patescerent. Sed quid, quaeso, juvat majores nostros opprobriis incessere, cum a nobismet ipsis ejusdem delicti culpam amovere non liceat? Etenim maximam nostrae aetatis medicorum partem accurate proferendis et exponendis atmosphaerae climatisque

viribus ne minimam quidem navari operam, valde dolendum. Regiones urbesque multae nobilissimae, topographiis nullis illustratae, nec satis cognitae, incommodis dampnisque non solum multis, vindice nullo, non liberantur, sed etiam institutis legibusque utilissimis, nullo sua lente, egent; quo fit, ut nec iniqua climatis vis tollatur, nec aequa servetur. Cujuspiam enim terrae situs, potius magis minusve adjacens, clima modo efficit geographicum; physicum vero, vel clima proprie sic dictum, omnino fere pendet ex altitudine et natura soli multisque aliis rebus. Quod et regio nostra Dorpatensis, ultra 58° latitud. septentr. sita, et 8° circiter a circulo polari distans satis superque probat. Eundem fere ac ora Scandinaviae remotissima, ac Tobolsk, Unalashka et Labrador latitudinis geographicae tenens gradum, climate gaudet multo tepidiore. Quin etiam Petropoli, 1° 33' 36" septentrioni magis adjacente, magna sane climatis reperitur diversitas, quae tempore verno reviviscente natura maxime patet. Arboribus enim in nostra regione gemmantibus, omnis ibi natura hiemalem fere ostendit adhuc faciem. Ipsa quoque frigoris vis plerumque gradibus nonnullis ibidem est acrior, quod magna ex parte mari vicino humoque depressae tribuendum opinor. Graviora etiam adfert historia. Quid, quod Tacitus \*) de Germania meridiana, cu-

\*) l. c. Aphorismi. Sect. III. 1.

\*) C. Corn. Tacitus de situ, moribus et populis Germaniae. Cap. V.

jus florida nunc rident arva mihi sub coelo, similia tradidit. Quid tandem de patria nostra, mille annorum tempus revolvens, dicam?

Climaticam igitur cujusvis terrae vim cum ab ipsis rerum momentis loclique natura maxima ex parte proficisci persuasum mihi habuerim, superiora illa capita huic praeposenda censui. Nihilominus vero arduum sane videtur, oppidi nostri, in zona temperata siti, climatis constitutionem unius imaginis exemplo comprehendere. Propria enim zonae temperatae est natura, nullam tempestatis certam et constitutam habere rationem. Ut igitur in terris tropicis, vel polo circumjacentibus ex uno anno de quolibet judicare licet, sic nostra in regione diligentissimae quaeque observationes inconstantem tempestatis naturam maxime docent.

Topographiae completae nec nomen nec volumen dissertationi nostrae vindicaturi, veniant tabularum de flantibus ventis et barometri thermometrique statu mancarum ab omnibus sane impetratos putavimus, eoque magis, quod praeter has observationes, in nosocomio academico olim, et nuper a nobismet ipsis institutis, nullae usquam in oppido existunt aliae. Illas vero ob ferias academicas interdum intermissas, doleo. Desunt enim non raro mensis Januarii, Junius et Julius, porro ultimi Maji et Decembris, nec non primi dies mensis Februarii et Augusti. Componas igitur, quaeso, tabulas de statu barometri et thermometri cum illis de flatu ventorum, ubi observationum summam perhibuimus.

Tabula de ventorum flatu.

| Anni et menses. | Boreas<br>N. | Aquilo<br>NO | Eurus<br>O. | Euro-<br>tus<br>SO | Nons<br>S. | Afri-<br>cus<br>SW. | Zephy-<br>rus<br>W. | Gall-<br>rus<br>NW. | Summa<br>ditum. |
|-----------------|--------------|--------------|-------------|--------------------|------------|---------------------|---------------------|---------------------|-----------------|
| 1806.           |              |              |             |                    |            |                     |                     |                     |                 |
| Februar.        | —            | 5            | —           | 6                  | —          | 5                   | 6                   | 6                   | 28              |
| Martius         | —            | 3            | 3           | 6                  | 3          | 7                   | 7                   | 3                   | 31              |
| April.          | —            | 2            | 1           | 2                  | 4          | 6                   | 12                  | 3                   | 30              |
| Majus           | —            | 5            | 2           | 7                  | 8          | 2                   | 2                   | 5                   | 31              |
| Junius          | —            | —            | —           | 8                  | 4          | 7                   | 7                   | 3                   | 29              |
| Julius          | 2            | 6            | —           | 6                  | 2          | 6                   | 4                   | 5                   | 31              |
| August.         | —            | 1            | 3           | 4                  | 6          | 11                  | 6                   | —                   | 31              |
| Septembr.       | —            | 4            | 1           | 2                  | 2          | 10                  | 5                   | 8                   | 30              |
| Octobr.         | 1            | 10           | 2           | 4                  | 1          | 6                   | 1                   | 6                   | 31              |
| Novembr.        | 2            | —            | 5           | 5                  | 1          | 11                  | 1                   | 5                   | 30              |
| Decembr.        | —            | —            | 1           | 2                  | 8          | 2                   | 3                   | 3                   | 19              |
| Summa           | 5            | 36           | 18          | 50                 | 39         | 72                  | 54                  | 47                  | 321             |
| 1807.           |              |              |             |                    |            |                     |                     |                     |                 |
| Februar.        | —            | 2            | —           | —                  | —          | —                   | 12                  | 2                   | 16              |
| Mart.           | 3            | 1            | 1           | 1                  | 1          | 11                  | 8                   | 5                   | 31              |
| April.          | —            | 6            | 5           | 4                  | 2          | 4                   | 8                   | 1                   | 30              |
| Majus           | —            | 4            | 3           | 3                  | 2          | 4                   | 7                   | 1                   | 24              |
| August.         | 1            | —            | 2           | 3                  | —          | 1                   | 4                   | —                   | 11              |
| Septembr.       | 3            | 6            | 4           | 6                  | —          | 4                   | 6                   | 1                   | 30              |
| Octobr.         | 1            | 2            | 2           | 6                  | 5          | 2                   | 2                   | 10                  | 30              |
| Summa           | 8            | 21           | 17          | 23                 | 10         | 26                  | 47                  | 20                  | 172             |
| 1808.           |              |              |             |                    |            |                     |                     |                     |                 |
| Februar.        | 3            | 2            | 4           | 1                  | —          | —                   | 4                   | 4                   | 18              |
| Mart.           | 1            | 6            | 5           | 2                  | 1          | 2                   | 4                   | 10                  | 31              |
| April.          | 1            | 2            | 4           | 6                  | 3          | 7                   | 2                   | 5                   | 30              |
| Majus           | 2            | 4            | 3           | 2                  | 1          | 7                   | 4                   | 8                   | 31              |
| Septembr.       | —            | 2            | 2           | 5                  | 6          | 4                   | 6                   | 5                   | 30              |
| Octobr.         | 5            | 1            | 1           | 5                  | 4          | 9                   | 2                   | 4                   | 31              |
| Novembr.        | 1            | 5            | 3           | 4                  | 1          | 8                   | 2                   | 6                   | 30              |
| Decembr.        | 1            | 3            | 4           | 5                  | 2          | 2                   | 4                   | 2                   | 23              |
| Summa           | 14           | 25           | 26          | 30                 | 18         | 39                  | 28                  | 44                  | 224             |

| Anni et menses. | Boreas |     | Aquilo |     | Eurus |     | Euro-nus |     | Notus |    | Afric-us |    | Zephy-rus |    | Gar-rus |  | Summa dierum. |
|-----------------|--------|-----|--------|-----|-------|-----|----------|-----|-------|----|----------|----|-----------|----|---------|--|---------------|
|                 | N.     | NO. | O.     | SO. | S.    | SW. | W.       | NW. | W.    | W. | W.       | W. | W.        | W. | W.      |  |               |
| 1809.           |        |     |        |     |       |     |          |     |       |    |          |    |           |    |         |  |               |
| Februar.        | 2      | 3   | 3      | 2   | —     | 2   | 4        | 5   | 21    |    |          |    |           |    |         |  |               |
| Mart.           | 9      | 4   | 3      | 1   | 3     | 9   | 1        | 1   | 31    |    |          |    |           |    |         |  |               |
| April.          | 4      | 1   | 6      | 4   | 8     | 2   | 2        | 3   | 30    |    |          |    |           |    |         |  |               |
| Majus           | 2      | 1   | —      | 3   | 4     | 8   | 10       | 3   | 31    |    |          |    |           |    |         |  |               |
| Junius          | —      | —   | —      | 1   | 3     | 4   | 7        | 1   | 16    |    |          |    |           |    |         |  |               |
| August.         | —      | —   | 2      | 9   | 1     | 7   | 3        | —   | 22    |    |          |    |           |    |         |  |               |
| Septembr.       | —      | 10  | 6      | 2   | —     | 2   | 6        | 4   | 30    |    |          |    |           |    |         |  |               |
| Octobr.         | —      | 11  | 5      | 2   | —     | 7   | 3        | 3   | 31    |    |          |    |           |    |         |  |               |
| Novembr.        | 2      | 13  | 13     | —   | —     | —   | 1        | 1   | 30    |    |          |    |           |    |         |  |               |
| Decembr.        | —      | 1   | 7      | —   | —     | —   | —        | —   | 8     |    |          |    |           |    |         |  |               |
| Summa           | 19     | 44  | 45     | 24  | 19    | 41  | 37       | 21  | 250   |    |          |    |           |    |         |  |               |
| 1810.           |        |     |        |     |       |     |          |     |       |    |          |    |           |    |         |  |               |
| Februar.        | —      | —   | —      | 1   | —     | 3   | 2        | 9   | 15    |    |          |    |           |    |         |  |               |
| Mart.           | 2      | 12  | 2      | 2   | 2     | 1   | —        | 12  | 31    |    |          |    |           |    |         |  |               |
| April.          | 4      | 6   | 1      | 1   | 2     | 8   | 3        | 5   | 30    |    |          |    |           |    |         |  |               |
| Majus           | 4      | 6   | 2      | 1   | 1     | 10  | 4        | 3   | 31    |    |          |    |           |    |         |  |               |
| Junius          | 2      | 8   | 1      | 2   | 1     | 10  | 1        | 5   | 30    |    |          |    |           |    |         |  |               |
| Julius          | —      | 9   | 4      | —   | 6     | 2   | 6        | 4   | 31    |    |          |    |           |    |         |  |               |
| August.         | —      | —   | 1      | 3   | 2     | 17  | 7        | 1   | 31    |    |          |    |           |    |         |  |               |
| Septembr.       | 2      | —   | 3      | 2   | 1     | 1   | 10       | 11  | 30    |    |          |    |           |    |         |  |               |
| Summa           | 14     | 41  | 14     | 10  | 15    | 52  | 33       | 50  | 229   |    |          |    |           |    |         |  |               |
| 1821.           |        |     |        |     |       |     |          |     |       |    |          |    |           |    |         |  |               |
| Novembr.        | 3      | 3   | —      | 2   | —     | 8   | 2        | 12  | 30    |    |          |    |           |    |         |  |               |
| Decembr.        | —      | 3   | —      | 9   | —     | 4   | 5        | 10  | 31    |    |          |    |           |    |         |  |               |
| Summa           | 3      | 6   | —      | 11  | —     | 12  | 7        | 22  | 61    |    |          |    |           |    |         |  |               |
| 1822.           |        |     |        |     |       |     |          |     |       |    |          |    |           |    |         |  |               |
| Januar.         | —      | 7   | 1      | 4   | —     | 9   | —        | 10  | 31    |    |          |    |           |    |         |  |               |
| Februar.        | 1      | 2   | —      | 8   | 2     | 12  | —        | 3   | 28    |    |          |    |           |    |         |  |               |
| Marr            | —      | 7   | 1      | 9   | —     | 10  | 1        | 3   | 31    |    |          |    |           |    |         |  |               |
| April.          | 5      | 2   | 6      | 5   | —     | 5   | 5        | 2   | 30    |    |          |    |           |    |         |  |               |
| Majus           | 3      | 5   | —      | 1   | 1     | 4   | 8        | 9   | 31    |    |          |    |           |    |         |  |               |
| Summa           | 9      | 23  | 8      | 27  | 3     | 40  | 14       | 27  | 151   |    |          |    |           |    |         |  |               |

## Tabula de thermometri altitudine.

| Anni menses et dies. | Status celsis-simus. | Dies. | Status de-press. | Dis-crimen. | Media vis. |
|----------------------|----------------------|-------|------------------|-------------|------------|
| 1806.                | 0                    |       | 0                | 0           |            |
| Februar. 8.          | + 2                  | 25    | -16              | 18          | - 6,198    |
| Mart. 3. 28.         | + 1,5                | 20    | - 9              | 10,5        | - 2,097    |
| April. 27. 30.       | + 12                 | 1     | - 8              | 20          | + 4,817    |
| Majus 5.             | + 16,5               | 15,23 | + 4              | 12,5        | + 9,717    |
| Junius 26.           | + 13                 | 1. 6  | + 4              | 9           | + 8,100    |
| Julius 27.           | + 25                 | 6     | + 9              | 16          | + 16,161   |
| August. 4.           | + 19                 | 17,30 | + 9              | 10          | + 13,016   |
| Septembr. 1. 3.      | + 11                 | 29    | + 2,5            | 8,5         | + 7,050    |
| Octobr. 26.          | + 5                  | 27    | - 7              | 12          | + 1,298    |
| Novembr. 5.          | + 3,5                | 20    | - 11             | 14,5        | - 1,492    |
| Decembr. 12.         | + 4                  | 19    | - 5              | 9           | + 0,197    |
| 1807.                |                      |       |                  |             |            |
| Februar. 21.         | + 2                  | 18    | - 12             | 14          | - 4,531    |
| Mart. 15. 26.        | + 2                  | 6     | - 12             | 14          | - 1,984    |
| April. 28.           | + 13                 | 7     | - 4              | 17          | + 3,294    |
| Majus 22.            | + 14                 | 20    | + 3              | 11          | + 8,541    |
| August. 21.          | + 21                 | 30    | + 5              | 16          | + 13,636   |
| Septembr. 5.         | + 10                 | 30    | 0                | 10          | + 5,983    |
| Octobr. 5.           | + 7                  | 20    | - 3              | 10          | + 1,935    |
| 1808.                |                      |       |                  |             |            |
| Februar. 25.         | - 1                  | 14    | - 19             | 18          | - 10,166   |
| Mart. 8.             | + 4                  | 3     | - 18,5           | 22,5        | - 4,258    |
| April. 26.           | + 13                 | 1     | - 8              | 21          | + 3,417    |
| Majus 25.            | + 19                 | 9     | + 3              | 16          | + 10,500   |
| Septembr. 10. 14.    | + 14                 | 21    | + 5              | 9           | + 9,533    |
| Octobr. 9.           | + 10                 | 23,31 | - 4              | 14          | + 4,000    |
| Novembr. 1. 26.      | + 1,5                | 21    | - 14             | 15,5        | - 3,733    |
| Decembr. 4.          | - 3,5                | 23    | - 20             | 16,5        | - 10,695   |
| 1809.                |                      |       |                  |             |            |
| Februar. 16.         | 0                    | 12    | - 19             | 19          | - 6,333    |
| Mart. 29.            | + 1,5                | 13    | - 13             | 14,5        | - 4,371    |

| Anni menses et dies. | Status celsissimus. | Dies. | Status depress. | Discrimen. | Media vis. |
|----------------------|---------------------|-------|-----------------|------------|------------|
| April. 8. 29.        | + 10                | 1     | - 5             | 15         | + 6,267    |
| Majus 22. 26.        | + 21                | 1     | + 4             | 17         | + 12,419   |
| Junius 4.            | + 18                | 1     | + 11            | 7          | + 14,625   |
| August. 17.          | + 19                | 15    | + 13            | 6          | + 16,429   |
| Septembr. 4.         | + 18                | 28    | + 1             | 17         | + 9,197    |
| Octobr. 4. 22.       | + 6                 | 26    | - 4             | 10         | + 3,558    |
| Novembr. 4.          | + 4                 | 11    | - 15            | 19         | - 4,680    |
| Decembr. 8.          | - 1,5               | 4     | - 7             | 5,5        | - 3,000    |
| 1810.                |                     |       |                 |            |            |
| Februar. 25.         | + 3                 | 24    | - 5             | 8          | - 1,200    |
| Mart. 28.            | + 8                 | 13    | - 9,5           | 17,5       | - 2,500    |
| April. 28.           | + 8                 | 2     | - 7             | 15         | + 2,133    |
| Majus 25.            | + 17,5              | 1     | + 2,5           | 15         | + 7,774    |
| Junius 23.           | + 24,5              | 10    | + 7,5           | 17         | + 14,267   |
| Julius 1.            | + 22                | 10    | + 8             | 14         | + 14,137   |
| August. 15.          | + 19                | 27    | + 5             | 14         | + 12,682   |
| Septembr. 2.         | + 14,5              | 26    | - 0,5           | 15         | + 6,864    |
| 1821.                |                     |       |                 |            |            |
| Mart. 24.            | + 6,5               | 14    | - 11,5          | 18         | - 1,175    |
| April. 25.           | + 16,5              | 4     | - 2,5           | 19         | + 7,033    |
| Majus 26.            | + 15,5              | 12    | + 2,5           | 13         | + 8,532    |
| Junius 27.           | + 19,5              | 2     | + 3,5           | 16         | + 11,500   |
| Julius. 4. 13.       | + 18                | 2     | + 8             | 10         | + 12,093   |
| August. 1.           | + 20                | 14    | + 5             | 15         | + 9,822    |
| Septembr. 19.        | + 11                | 11,30 | + 1             | 10         | + 7,013    |
| Octobr. 19.          | + 8                 | 29    | - 3,5           | 11,5       | + 2,951    |
| Novembr. 5.          | + 8                 | 13    | - 9,5           | 17,5       | - 0,683    |
| Decembr. 5.          | + 3                 | 28    | - 9             | 12         | - 1,629    |
| 1822.                |                     |       |                 |            |            |
| Januar. 22.          | + 2,5               | 8     | - 18            | 20,5       | - 4,168    |
| Februar. 22.         | + 5                 | 26    | - 7             | 12         | - 2,036    |
| Mart. 31.            | + 10                | 2     | - 7             | 17         | + 4,839    |
| April. 9.            | + 17                | 27    | - 1             | 18         | + 9,788    |

## Tabula de barometri adscensu.

| Anni, menses et dies. | Status celsissim. | Dies | Status depress. | Discrimen. |
|-----------------------|-------------------|------|-----------------|------------|
| 1806.                 |                   |      |                 |            |
| Februar. 8.           | 30,40             | 20   | 28,70           | 1,70       |
| Mart. 12.             | 30,40             | 3    | 29,10           | 1,30       |
| April. 7.             | 30,15             | 18   | 29,35           | 0,80       |
| Majus 3.              | 30,15             | 20   | 29,20           | 0,95       |
| Junius 3.             | 29,50             | 28   | 29,15           | 0,65       |
| Julius 28.            | 29,90             | 4    | 29,35           | 0,55       |
| August. 28.           | 30,10             | 11   | 29,50           | 0,60       |
| Septembr. 18.         | 30,25             | 10   | 28,80           | 1,45       |
| Octobr. 27.           | 30,20             | 12   | 29,05           | 1,15       |
| Novembr. 16.          | 30,20             | 21   | 28,40           | 1,80       |
| Decembr. 9.           | 29,90             | 15   | 28,50           | 1,40       |
| 1807.                 |                   |      |                 |            |
| Februar. 18.          | 30,20             | 21   | 29,20           | 1,00       |
| Mart. 11.             | 30,30             | 3    | 29,10           | 1,20       |
| April. 11.            | 30,30             | 2    | 29,20           | 1,10       |
| Majus 24.             | 30,50             | 3    | 28,60           | 1,90       |
| August. 21.           | 30,10             | 24   | 28,70           | 1,40       |
| Septembr. 22.         | 29,90             | 28   | 28,90           | 1,00       |
| Octobr. 9.            | 30,10             | 20   | 29,00           | 1,10       |
| 1808.                 |                   |      |                 |            |
| Februar. 23.          | 30,40             | 20   | 29,20           | 1,20       |
| Mart. 14.             | 30,80             | 26   | 28,80           | 2,00       |
| April. 30.            | 30,25             | 3    | 29,30           | 0,95       |
| Majus 18.             | 30,10             | 6    | 29,35           | 0,75       |
| Septembr. 7.          | 30,40             | 20   | 29,20           | 1,20       |
| Octobr. 23.           | 30,50             | 30   | 29,00           | 1,50       |
| Novembr. 6.           | 29,80             | 25   | 28,40           | 1,40       |
| Decembr. 14.          | 30,50             | 7    | 29,10           | 1,00       |
| 1809.                 |                   |      |                 |            |
| Februar. 23.          | 30,10             | 25   | 28,60           | 1,50       |
| Mart. 11.             | 30,40             | 29   | 29,00           | 1,40       |
| April. 11.            | 30,30             | 1    | 29,20           | 1,10       |

| Anni, menses et dies. | Status celsissim. | Dies | Status depress. | Discrimen. |
|-----------------------|-------------------|------|-----------------|------------|
| Majus 8.              | 30,20             | 29   | 29,40           | 0,80       |
| Junius 13.            | 30,00             | 7    | 29,00           | 1,00       |
| August. 19.           | 30,10             | 22   | 29,00           | 1,10       |
| Septembr. 30.         | 30,15             | 23   | 28,00           | 2,15       |
| Octobr. 24.           | 30,40             | 20   | 29,50           | 0,90       |
| Novembr. 16.          | 30,30             | 3    | 29,00           | 1,30       |
| Decembr. 8.           | 29,90             | 6    | 29,30           | 0,60       |
| 1810.                 |                   |      |                 |            |
| Februar. 16.          | 29,80             | 20   | 28,30           | 1,50       |
| Mart. 22.             | 30,30             | 9    | 29,00           | 1,30       |
| April. 14.            | 30,50             | 1    | 29,50           | 1,00       |
| Majus 10.             | 30,25             | 28   | 29,15           | 1,10       |
| Junius 16.            | 29,95             | 9    | 29,45           | 0,50       |
| Julius 14.            | 28,95             | 8    | 29,15           | 0,80       |
| August. 14.           | 30,20             | 24   | 29,35           | 0,85       |
| Septembr. 5.          | 30,35             | 25   | 29,75           | 0,60       |
| 1821.                 |                   |      |                 |            |
| Januar. 26.           | 30,40             | 22   | 28,90           | 1,50       |
| Februar. 3.           | 30,20             | 5    | 28,80           | 1,40       |
| Mart. 13.             | 29,95             | 26   | 28,80           | 1,15       |
| April. 16.            | 30,05             | 30   | 29,25           | 0,80       |
| Majus 18.             | 29,80             | 1    | 29,05           | 0,75       |
| Junius 13.            | 29,85             | 30   | 29,10           | 0,75       |
| Julius 7.             | 29,95             | 1    | 29,00           | 0,95       |
| August. 17. 29.       | 29,75             | 3    | 29,30           | 0,45       |
| Septembr. 30.         | 30,25             | 7    | 29,05           | 1,20       |
| Octobr. 15.           | 30,35             | 24   | 28,65           | 1,70       |
| Novembr. 1.           | 30,00             | 18   | 28,75           | 1,25       |
| Decembr. 1.           | 30,10             | 15   | 28,95           | 1,15       |
| 1822.                 |                   |      |                 |            |
| Januar. 30.           | 30,45             | 1    | 28,60           | 1,85       |
| Februar. 1.           | 30,40             | 27   | 28,60           | 1,80       |
| Mart. 31.             | 30,25             | 11   | 28,90           | 1,35       |
| April. 19.            | 30,30             | 27   | 29,30           | 1,00       |

Plura vero, quam a nobis proferri possint, de climate nostro percepturi, scripta inspiciant topographica \*) de Livonia et Petropoli, quae quidem etsi minus in cognoscenda regione Dorpatensi versentur, praebent attamen aliquam ejus adumbrationem, locorum variorum e situ paululum diversam. Omnia sane inconstantem climatis nostri naturam, tempestatisque nullam omnino valere praedictionem, magis etiam docent. Rusticos praecipue hoc queri, haud aedepol! mirandum. Etenim gemmas floresque mense interdum Martio ardore solis + 15° jam elicitos, conficit nonnunquam consumitque mense Majo magna frigoris nivisque irrumpentis vis. Primoque mense Augusto messas nondum segetes perdunt consumuntque saepe frigora nocturna. Quatuor enim anni temporum duo fere tantummodo hic deprehendimus,

\*) Commemorandum videtur, dies et in illis, et hac in dissertatione e Calendario Juliano, ubicunque Rossiae usitato, constitutos esse. Quorum scriptorum in numero praesertim referenda sunt: Fischer Versuch einer Naturgeschichte von Livland. Königsberg 1791. — A. W. Hupels topographische Nachrichten von Liv- und Ehstland. Riga 1774. — Verschiedene Beobachtungen die Witterung und die Entwicklung der Pflanzen in Livland betreffend, von A. von Löwis, quod specimen etiam vid. Neues ökonomisches Repertorium, 3. Bd. 3. Stück. Dorpat 1815. — Attenkoffer medicinische Topographie von St. Petersburg. Zürich 1817.

aestatem nempe et hiemem, quarum altera aut repente mutatur in alteram, aut sensim sensimque sic fere defluit, ut, quod ver autumnusve nominetur, nil sit, nisi dierum aestivalium et hiemalium per vices sese excipientium series, tempus conficiens anni non raro tristissimum, corporisque valetudini maxime infestum. Cadent saepe tecta humusque atque aër obcaecatur multa nive, quam proximi diei aestus absunit solvitque in aquam. Madet tunc omnis fere regio. Rivuli undique orientes confluentesque stagna passim constituunt, passim fluviis majoribus sese immiscentes tum ment inundantque campos.

Superiora quaecunque de climate prolata sint, satius ut comprobentur, atque externis, climatis Livoniae ignaris, aliqua delineetur ejus imago, menses singulos, speciem quam plerumque induant demonstrando, percensebo. Inspiciendus hic prae ceteris tractatus ille a viro doctissimo a b Lœewis conscriptus, et supra jam citatus.

Januarius maximam semper fere adfert nivis geluque vim, cujus vero haud idem ab initio ad ultimum usque est tenor. Quae vero Attenhoffer \*) contendit, fuisse scilicet annos, quorum Januarius adeo fuerit gelidus, ut thermometrum Reaumurianum supra  $-15^{\circ}$  nunquam adscenderit, in regione nostra Dorpatensi vix, mehercle, unquam usu venisse opinor.

\*) l. c. pag. 67.

— Idem ille Petropoli unum circiter diem pluvium per totum mensem statuit, nos contra hic duo vel tres apte satis ponimus, quanquam hœc in anno septem extiterint, qui vero eodem modo tepore erat insignis, ac frigus extremum jam habendum, si  $-20^{\circ}$  superat, et media summa  $-10$  vel  $12^{\circ}$  indicat. Boreas, Caurus et Euroaquilo per Januarium regnant. Calendis sol oritur 8 hora et  $3/4$  sexagesima, occidit vero hora 3 et 26 sexag. Usque ad finem hujus mensis dies crescit 2 hor. 8 min.

Februarius mitior et serenior, praesertim si Januarius gelidus et obscurus fuerit. Nonnunquam vero thermometrum infra  $-20^{\circ}$  deprimitur. Idibus praeterlapsis non raro ventosus. Calendis Februariis solem orientem hora 7 et minuto 30, occidentem vero hora 4 et minuto 30 animadvertimus. Lumen igitur spargit per 9 horas, quod sub fine mensis 2 hor. et 18 minut. remoratur.

Martius. Solem magna nivis cum mole acriter quidem, sed frustra saepissime certantem deprehendis; nocte enim incumbente, vel coelo nubibus obducto, omnis frigore riget terra. Zephyrus, per Martium regnans, nivem pluviamque adfert. Decimo mensis die aequinoctium maximas non raro procellas tempestatesque gignit. Ultimo mense veris jam praesagia, alandae, imo etiam grues, Motacillae albae, Scolopaces rusticoe, et ranae occurrunt. Salices et populi gemmant, frondescutque. Pinus silvestris

et Abies semina spargunt, sensim sensimque nix soluta tabescit. Calendis Martiis sol oritur hora 6 et minuto 21. Dies 11 horarum et 18 sexagesimarum usque ad Calendas Apriles 2 horis et 30 minutis crescit.

**Aprilis.** Hiems magis magisque ab aestate vincitur. Undique nives, in aquam solutae, torrentes procreant, qui maximas devehunt glebas, et depressas in regiones confluentes, stagna constituunt amplissima. Fluvii Embach superficies, glacie soluta atque in ore accumulata, 10 immo 12 ped. attollitur. Madent tunc et inundantur humiliores oppidi regiones. Pauperum domicilia, undis clausa, scaphis modo adire licet. Mensis hujus tempestas maxime est variabilis; nunc aër multa obcaecatur nive, nunc aestus 15 vel 18 graduum ipsos aegrotos ad domos relinquendas invitat. Sole occidente hiems vim suam nondum fractam comprobat, aestatem vero in dies magis magisque invalescere omnis docet natura, alni, populi, salices, aliaeque arbores gemmant, Chrysosplenium alternifolium et Anemone hepatica florescunt, hirundines et formicae apparent. Calendis Aprilis sol oritur 5 hora 6 min. et occidit 6 hora et 54 min., dies ergo amplectitur 13 hor. et 48 min.

Majus saepe imbrifer, praesertim si Aprilis serenior fuerit. Noctes glaciales, naturae reviviscen-  
ti adversae. Idbus praeteritis plerumque mitescunt, terra madens exsiccat, et ipae luscinae cantant. Ver et nostro in climate inveniri licet, ultimis sane

Maji diebus statuendum est, cui, hebdomades pau-  
cas, immo etiam dies singulos amplectenti, anni  
temporis nomen haud tribuendum videtur. Calen-  
dis Maji sol oritur 3 hor. 57 min., et occidit 8 hor.  
3 min. Dies, 16 horas et 6 minut. amplectens, us-  
que ad Calendas Junias 1 hor. 38 minut. cescit.

**Junius.** Rident et mire viridescunt arva, se-  
minaque ruricolae committunt terrae. Decimo hu-  
jus mensis die, solstitio scilicet aestivo, sol 3 hor. et  
5 min. oritur, et occidit 8 hor. 55 min. Longissimus  
dies igitur 17 hor. et 50 min. perdurat. Nox, 6 hor.  
et 10 min. amplectens, semper sublustris, rubore coeli  
vesperino et matutino invicem sese excipiente. Us-  
que ad Calendas Julias dies 38 min. decrescit, sed  
calor nihilominus augetur. Thermometrum Reaumur-  
ianum non raro ad 25 gradus extollitur, et tanta vi  
omnia vegetabilia in altum provehuntur, ut gramen  
jam scindatur.

Quintilis priori similis, sed calidior. Oppi-  
dum nostrum feriarum publicarum causa desertum  
videtur. Maxima enim incolarum pars, illud relin-  
quens, hebdomades quasdam ruri degens, fluxa ae-  
statis amoenitate fruitur. Aër calidissimus ruente  
tempestate amoenissime quidem refrigeratur, sed ful-  
mine tecta hominesque nonnunquam feriuntur. Ul-  
timis hujus mensis diebus segetes jam metuntur,  
autumnique instare probant. Calendis sol oritur  
3 hor. 24 min., occidit vero 8 hor. 36 min.

Sextilis aestati finem jam imponit. Calidiores multi hujus mensis dies Quintiles aequant, sed maxima est discrepantia inter statum thermometri meridianum et vespertinum. Noctes enim frigidiusculae, immo etiam glaciales. Morbi e refrigerio originem ducentes, frequentiores, quibus praecipue Dysenteria adnumerari licet. Natura tristem ubicunque mortis ostendit imaginem, arborum frondes marcescunt; Zephyrus pertinacior, pluviaque abundans, adversam saepe messi praebet tempestatem. Gruum avolantium greges cantu ultimum Augustum autumnumque adesse monent. Sol Calendis oritur 4 hor. 19 min., occidit 7 hor. 41 minut.

September. Aequinoctium decimo Septembris die procellas et tempestates adducit sed nihilominus plurimi dies hilares, et pro anni tempore amoenissimi, aestatem constituunt secundariam sic dictam. Redeunt saepius flores vernaes, quos attamen noctes glaciales mox conficiunt; aves aestivae vel meridianas petunt terras, vel sopore brumali torpent. Calendis sol oritur 5 hor. 29 min. et occidit 6 hor. et 31 min.

Octobrem ephemerides nostrae mensem dicunt vindemialem. Sunt igitur terrae, ubi amoenis gratisque adhuc multis pollet natura. Sed nostro in climate coelum et terra nive pluviaque abundant, procellae saeviunt, et tellus nunc madet lutosa, nunc gelu riget. Omnibus e domiciliis fumus erumpit,

et homines vestes induunt hibernas. Calendis sol oritur 6 hor. 38 min. et occidit 5 hor. 22 min.

November amictum hibernum toti induit naturae. Nix uberrime fusa, procellisque agitata coelum obcaecat, et jam per fluvios, glacie tectos, incedere licet. Calendis sol oritur 7 hor. 59 min. et occidit 4 hor. 1 min. Per 8 hor. et 2 min. luce igitur divino gaudemus.

December. Procellis magis placatis frigoris inaugetur vis. Fuerunt etiam anni, quorum Decembèr omnino fere nive vacavit, mitemque ostendit coelum. Tunc quidem luto et imbris obruitur terra, morbi grassantur varii maligni, segetes putrescunt; et commercium itineribus perviis, impeditur. Brevissimo anni die, vel solstitio brumali, decimo scilicet Decembri, sol nascitur 8 hor. 55 min. et abit 3 hor. 5 min. Oculis igitur obversatur 6 hor. 10 min. et nox per 17 hor. 50 min. terram tenebris obducit.

## Caput V.

## De incolis.

Compendia geographica quatuor modo et quod excurrit millia incolarum numerant, quae parva copia, Universitate nondum instituta, ex multis aedificiis nuper conditis patet. Operae sane pretium esset, quotannis sub Imperio Rossico incolarum numeri incrementum proferre, quod vero, cum in tabulis curiae publicis olim mares solum, vectigalia solventes, enumerarentur, non nisi de triennio proxime elapso licet:

| Anno | Sexus masculin. | Sexus femin. | Numerus in universum. |
|------|-----------------|--------------|-----------------------|
| 1819 | 3413            | 3874         | 7287                  |
| 1820 | 3524            | 3917         | 7441                  |
| 1821 | 3833            | 4255         | 8088                  |

Dei cultu anno 1821 in iisdem tabulis publicis sic distinguebantur \*):

\*) Omnibus sane mirum videtur catalogi summam cum supra indicata haud convenire. Cel. Prof. Erdmann

| Professionis rerum divin. | Sexus masculin. | Sexus feminin. | Numerus in universum. |
|---------------------------|-----------------|----------------|-----------------------|
| Luthericae . . .          | 3160            | 3508           | 6668                  |
| Graecae . . .             | 528             | 621            | 1149                  |
| Romano-Catholicae         | 34              | 6              | 40                    |
| Calvinianae . . .         | 9               | 2              | 11                    |
| Summa . . .               | 3731            | 4131           | 7868                  |

De ceteris annis tabulas ecclesiasticas hic substituere liceat, in quibus de Lutheranam tantummodo confessionem profitentibus agere, dolemus, Rossi scilicet omittendi erant, quorum tabulae ecclesiasticae oppidi et regionum adjacentium incolas confundunt.

(in anal. clin. pag. 6) catalogum anni 1819 profrens, idem deprehendit vitium. „Fortasse“ inquit „quae desunt 159 capita formulae dubiae erant.“ — Formulas curiae publicas perlegens nescio uter numerus majoris sit fidei. Professionibus rerum divinarum enumeratis, nota his fere verbis addita est: „Unter den Lutheranern und Russen giebt es zwei Sekten, nämlich unter jenen die Herrenhuter, unter diesen die Altgläubigen (de quibus infra). Ihre Zahl „beträgt, so viel hat ausgemittelt werden können“:

| 1821.       | Männliche. | Weibliche. | Summa. |
|-------------|------------|------------|--------|
| Altgläubige | 39         | 52         | 91     |
| Herrenhuter | 63         | 66         | 129    |
| Summa       | 102        | 118        | 220    |

Quae 220 capita summae incolarum haud amplius adnumeranda censeo, quippe quae, sectam modo, haud vero confessionem constituentia, supra jam in incolarum numero relata esse haud dubito. Ipsi magistratus praefecti alii alius erant sententiae.

| Anno. | Paria        | Neonati.      |              |        | Mortui.       |              |        |
|-------|--------------|---------------|--------------|--------|---------------|--------------|--------|
|       | matr. junct. | Sexus virilis | Sexus femin. | Summa. | Sexus virilis | Sexus femin. | Summa. |
| 1802  | 31           | 78            | 78           | 156    | 61            | 54           | 115    |
| 1803  | 40           | 69            | 59           | 128    | 70            | 59           | 129    |
| 1804  | 43           | 84            | 78           | 162    | 89            | 75           | 164    |
| 1805  | 42           | 88            | 86           | 174    | 79            | 77           | 156    |
| 1806  | 47           | 117           | 86           | 203    | 81            | 58           | 139    |
| 1807  | 52           | 107           | 84           | 191    | 155           | 113          | 268    |
| 1808  | 56           | 81            | 94           | 175    | 258           | 185          | 443    |
| 1809  | 49           | 109           | 112          | 221    | 109           | 88           | 197    |
| 1810  | 51           | 132           | 116          | 248    | 99            | 83           | 182    |
| 1811  | 60           | 118           | 109          | 227    | 90            | 82           | 172    |
| 1812  | 57           | 106           | 108          | 214    | 102           | 75           | 177    |
| 1813  | 45           | 110           | 101          | 211    | 109           | 139          | 248    |
| 1814  | 54           | 96            | 96           | 192    | 128           | 109          | 237    |
| 1815  | 69           | 102           | 96           | 198    | 101           | 94           | 195    |
| 1816  | 59           | 105           | 94           | 199    | 99            | 73           | 172    |
| 1817  | 94           | 106           | 113          | 219    | 84            | 97           | 181    |
| 1818  | 68           | 110           | 124          | 234    | 88            | 99           | 187    |
| 1819  | 46           | 109           | 102          | 211    | 106           | 97           | 203    |
| 1820  | 43           | 128           | 108          | 236    | 87            | 105          | 192    |
| 1821  | 57           | 124           | 114          | 238    | 123           | 122          | 245    |
| Summa | 1063         | 2079          | 1958         | 4037   | 2118          | 1884         | 4002   |

Matrimonio junctos, neonatos et mortuos cum incolarum copia nullam inire rationem, haud sane mirandum, si modo computes multos juvenes, litteris deditos, qui nec matrimonia ineunt, nec, optima valetudine gaudentes, morti, ut ceteri, succumbunt.

Dorpatum tribus praecipue incolitur nationibus, Germanis scilicet, Esthonis, Rossisque, quorum plerosque adeo commiscuit diuturnus convictus,

ut singulos distinguere, limitibusque arctioribus circumscribere haud sane liceat.

Germani. Numerantur tria millia. Sunt partim nobiles, partim muneribus fungentes, partim mercatores, partim opifices, de quibus singulis pauca proferam.

Nobilium, notione verbi prolixiore, magnus in Rossia est numerus; quisque enim, cui aliquid honoris fastigium (Tschin) obtigerit, iis adnumeratur, duorum scilicet privilegiorum est compos, vacuus pro primo supplicis pro secundo militia est immunis, nec capite census. Quorum fastigiorum quatuordecim et in re militari et civili institutorum quodpiam sibi suisque conciliare haud arduum sane. Quique fere munere publico fungenti, aut studiis academicis examineque perfuncto impertitur. Sensu vero strictiore in Livonia nobilibus illi solum adnumerantur, ad quos praeter supra commemorata privilegia, vetera quoque nobilium Suecicorum a Petro Magno, terra occupata, rata facta, pertinent, quorum praecipuum est, omnes provinciae praefectos suo e numero designandi. Provinciam igitur sub auctoritate Imperii Rossici hujus ordinis nobiles regunt. Quorum plurimi, quamquam praedia possideant, in quibus aetatis tempore commorari solent, hiemali tempore in urbe sedem figunt, partim ut societatis oblectatione fruantur, partim ut liberis a praeceptoribus publicis imbuendis propiores sint, partim ut rebus suis vacent.

Munere fungentium plerique sunt litterati, qui studia academica vel hic, vel in Universitate aliqua extranea confecerunt. Nunc vero, ex edicto recens lato, nemini, nisi per triennium in academia quapiam indigena litteris dedito, munus publicum creditur. Vel ditiorum plures, ut dignitatis aliquod fastigium assequantur, munera publica subeunt, quum stipendia sumptuoso vitae generi raro sufficiant.

Mercatores propter commercium angustum maxima ex parte minorem occupant dignitatem, ideoque plurimi sodalitati quidam (Gilde) inferiori modo adscripti sunt. Exstant enim mercatorum in Rossia ordines tres. Primo adscripti sunt, quorum sorq̄ ultra 50000 uncialium Rossicorum aestimatur, alteri, qui 20000 et amplius, et tertio qui saltem 8000 uncial. Ross. possident. Mercatorum Dorpatensium nunc plerique tertii sunt ordinis. Nihilominus plurimis suppetit, unde vivant, et singuli vel largo gaudent reddito.

Textrinae, fabricae, aliaeque officinae majoris momenti omnino desunt. Quae enim a nonnullis, fortunam tentantibus, institutae erant, auctorum nec re familiari, nec ipsa artis cognitione suppetente, mox fidem cum fortuna amiserunt, foroque cessere. — Magno opificum e numero permulti quaestum angustum quaerentes, tenui utuntur victu, etsi opera non raro magno pretio vendant. Calamitatis causam cum in magno eorum numero,

nam praecipue in luxu, quo multi bona sua perdunt, positam esse censeo. Ceterum nonnullis, industria excellentibus, vitam satis commodam degere contingit.

Esthoni, Germanos numero fere superantes; plurimi sunt liberti, et servi pauci adhuc reliqui ex decreto publico manumittentur. — Ex anno 1156 Germani Livoniam incolunt, moresque Esthonorum rudēs immanesque cultura et praecipue religione Christiana mansuetiores reddiderunt. Quod vero emolumentum magno sane indigenis constitit, libertate scilicet amissa, in servitutum redigebantur. Ex quo tempore grave concipiebant odium in dominos omnesque eorum institutiones, et nunc etiam plerumque pertinaces in majorum ritu, lingua, et vivendi ratione haerent, vel si rerum novarum praestantiam ratio illis ipsa probet. Attamen si Esthonus, a conditione sua pristina remotus, supra populares suos extollitur, tunc non raro pudet eum generis sui; quod in illis praesertim apparet, qui, fortuna favente, ipsa sibi praedia acquirentes, peregrinorum linguam et mores adsciscunt. Alii imitantur Rossos, plerique Germanos, quibuscum assidua per tot secula convictio, nuptiae, mutus linguarum ambarum usus, sacraque communia adeo illos commiscuere, ut nationis utriusque limites arctiores investigare haud amplius liceat. Difficillima igitur est morum plebis nostrae enarratio. Quare ea tantummodo commemorabo, quae, in cor-

poris animique valetudinem agentia et plurimis Esthonorum hic viventibus peculiaria, momenta variorum morborum constituunt causalia.

Esthonos originem a Fennis ducere cum linguarum similitudo, tum eadem fere corporis ingeniique natura probat. Illam, corporis scilicet naturam, primum spectantes, Esthonorum staturam median tantummodo, eaque Rossorum minorem reperimus. Ambrosius Bergmann \*) illos habitu corporis gaudere stricto et viscido magis, humidoque, simul tamen valido atque robusto affirmat.

Cel. Baer \*\*) corpus succosum potius quam siccum contendit, et musculi sane laxiores essent, nisi laboribus adeo indurescerent, ut Esthonos corporis firmitate et duritie cum Rossis componere liceat. Oris lineamenta haec fere sunt: frons arcta, latiorque magis quam insurgens, prominente processu zygomatico ossis frontis et arcu superciliari, superciliis longioribus et hispidis cum ciliis confluentibus munito. Coma semper fere recta et flava immo etiam alba. Oculi infantum saepe caerulei, adultorum vero viridogrisei. De oculorum structura nuper Carol. Joann. de Seidlitz \*\*\*) optime disseruit. Docuit nos, vul-

\*) Diss. de ruricularum Livoniae statu sano et morbo. Lipsiae 1762. §. 18.

\*\*) Carol. Ernest. Baer dissert. de morbis inter Esthonos endemicis. Dorpati 1814. §. 14.

\*\*\*) Dissert. de praecipuis oculorum morbis inter Esthonos obviis. Sectio I. Dorpati 1821.

tum Esthonorum aetate procedente immutari, oculo- rum scilicet bulbum profundius esse collocatum, palpebras brevissimas a forma normali recedere, et tarsum, nec ad superficiem externam convexum, nec ad internam concavum, recta jacere, unde palpebrarum rima brevissima rite aperiri non potest. Facies in pueritia tumidior et flava, aetate virili pallescens marcescit, formamque induit paene quadrangularem. Ventrosi et pingues, nec non calvi rarissime occurrunt.

Mores populi, tot per annos servitutum gravissimam sustinentis, omnino non bonos probabilesque, nedum ingenuos unquam esse, satis constat. Esthonus plebejus, obediens, humilisque est erga dominum, eumque quocumque modo sibi benevolum reddere studet. Dominum vero absentem opprobriis et detestationibus conscindit. Crudelis immanisque est erga sibi subditos. Inertia, pervicacia, somnes et animi veteris quidam, nec tristitia nec laetitia susceptus, praecipua ejus sunt vitia. Nil ex se ipso, nemine incitante, agit, vix unquam sollicitatur; aequo animo alterius calamitatem intuetur eumque interdum perire patitur, etsi opem facile ferre possit. Omnem enim calamitatem summi numinis e voluntate accidisse credit; et maxima insuper superstitione tenetur, quae, neglecto animi cultu, vix exstinguenda videtur. Proclivitas magna ad amoris voluptates non modo morbum syphiliticum diffundit, sed juvenes etiam

ad onaniam et sodomiam impellit. — Ex hac morum notatione jam patet, servos urbanos nostros parum frugi esse, quod quidem peregrini, Esthonorum characteris ignari, maxime queruntur.

Vestitu nationali Esthoni insignes, veste sunt induti demissa e panno laneo, nigro et solido, ab ipsis texta, confecta, quae corpus arte amplectens, lineis rubris ornatur. Amictu illo rure feminae maresque pariter hieme et aestate utuntur. Viri praeterea cesto cinguntur scorteo vel linteo colorato, quem vero feminae super indusio semper gerunt, adeoque regionem constringunt hypogastricam, ut ipsa intestinorum inde exoriatur dislocatio. Pedibus soleae alligantur, in oppido vero multi jam calceis et caligis utuntur.

De vivendi eorum ratione supra jam in capite tertio nonnulla, ad domicilia et supellectilem spectantia, protuli, quibus victus omnino accommodatus est. Esthoni ter quotidie comedunt, tempore scilicet matutino et vespertino calido vescuntur cibo, meridie plerumque frigido. Ex his coenulis tempus constituunt diurnum, ut nocturnum e cantu gallorum. Cibi, quibus in oppido nostro unice fere utuntur, sunt pisces (qui, aut salsi aut paulisper fricti, crudi fere devorantur) brassica, fructus solani tuberosi, hordei pisananae, et lac. Potum subacidum, ubicunque apud Esthonos usitatum, ipsi sibi fermentatione parant ex aqua calida, farri infusa. Omnino vero et

maribus et feminis ad victum necessarium videtur vinum adustum, quod omnes fere immodice potant. Nicotianae quoque usus admodum divulgatus est, ejusque non solum fumum sugunt, sed ipsam etiam mandunt, naribusque ducunt.

In cujusque populi vulgo rudes multi ex antiquissimis temporibus remanserunt mores, quos cultura non nisi invalescens sensim sensimque refringere valet. Sic etiam in Esthoniis urbanis rarius antiqua talia occurrunt, quam in ruricolis, magna superstitione imbutis. Nonnulla ideo, ipsam ad valetudinem pertinentia, paucis enumerabo.

Mulier Esthona, nullo graviditatis respectu, pristinam vivendi rationem continuans, nihilominus facile, ipsa valente natura, parit. Obstetrices igitur ignarae aut parum opitulantur, aut multum nocent. Partum scilicet acceleraturae gravidam, doloribusque vexatam, cestoque cinctam, saepe suspendunt, ut foetus quassando edatur, vel vires exhaustas vino exusto excitant. Infantis editi funiculum umbilicalem corripientes, placentam retardata solutione avellunt. Exoriuntur inde saepissime non modo haemorrhagiae lethales, sed multa alia vitia, e quibus varii morbi, e. g. carcinomata, originem ducunt. Recens natus mammis maternis uberrimis admovetur, nec unquam nutrices, ut a nobilibus fieri solet, mercede conducuntur. Apparet inde quanti momenti sit, mammas nullo pressu constringi. Infans annum, et quod ex-

currit, lacte materno aliisque cibis, quibus adulti vescuntur, promiscue nutritur, totumque ejus corpus cingulo ita constringitur, ut nullum quidem artum movere liceat. Mater, nec se ipsam, nec infantem respiciens, post puerperium durioribus cibis, atro nimirum pane, oleribus, leguminibus, piscibus salsis, viscida carne suilla, lacte coagulato, multisque aliis cibis noxiis vescitur. Balnea vaporum \*) saepissime cum infantulo frequentat, quem unguento e farina, faece et melle confecto, ad cutem purgandam, inungit. Minima praeterea in infantibus ponitur cura, tempestatque nostrae variabili objecti, frigoris calorisque vices jam a teneris unguiculis sustinere consuescunt. Matris in lecto cubantes interdum ab illa per somnum collisi necantur. Simul ac incedere manibusque uti didicerint, exigua quae hactenus existiterat cura materna omnino fere tollitur. Puerulus, indusio tantummodo vestitus, nullo tempestatis respectu per totum fere diem sub divo cursitat, vesciturque omnibus, quae mandi possunt. Sic aetate decimum plerumque ad annum producit, tunc legere, decalogumque memoriter recitare discit. — Esthonorum corpus tarde ad maturitatem pervenit, etenim juvenes septemdecim vel viginti annorum saepius puerorum decimum adhuc annum agentium speciem

\*) Diss. de sudationibus Rossicis auct. Gregorius. Berol. 1819.

prae se ferunt, quamvis oris lineamenta aetatem proVectiorem ostendant. Nescio an ipsa natura incrementum retardet, vel prava vivendi ratio, quam multum ad corporis vires hebetandas valere, haud dubito. Vix sane credas, exempla adesse, pueros, nonum adhuc annum agentes, stupra facere, ebriosque reddi. Tales juvenes, vix septemdecim annos nati, ab ipsis parentibus, lucri causa, ut matrimonia ineant, incitantur. Utinam leges pravum hunc morem compescerent, a quo iniqua damnoaque per multa proficiscuntur.

Esthoni omnes, priusquam nuptias instituant, sponsalia, vinum adustum potando, celebrant. Scyphi scilicet, vino adusto impleti, dimidium sponsa, dimidium vero sponsus exhaurit. Mos iste, e remotissima antiquitate originem trahens, religione eadem ac ipsae nuptiae observatur, unde et nonnulli sponsa aequae ac uxore uti licere haud dubitant. Nuptiae epulis cautique rauco nationali, ritibusque aliis celebrantur, quorum praecipuus est capitis cum mitra obductio, sine qua nuptam domi incedere, nedum in publicum prodire, dedecus summum habetur.

Esthonus morbo implicitus medici opem raro appetit, amicorum, modo haec modo illa suadentium, remediis fisus. Parum etiam, mehercule, medicus vel scitissimus valeret, quippe cujus praecepta aut perverse aut omnino non observarentur, cognatorum scilicet amicorumque consilia majoris ab illis aestimantur,

quam medici. Venaesectiones \*) superstitiosaque multa primum sane occupant locum. Quae si nullam morbi adferant levationem, et vires magis magisque refringantur, prognosin adversam statim exhibent, et omnia medici remedia eo certe consilio, ne aegrotum, morte jam obrepente, diutius crucient, submoventur. Amici, diaetam obsessam tenentes, aegroti mortis instantis memoriam semper revocant, eumque rerum terrestrium curam abjicere jubent, quin interdum capulum et sepulturam viventis adhuc in adpectu parant. Simulac respirare desierit, cervicali capiti subducitur, alique aequam ad lavandum cadaver, alii capulum parant, in quem mortuus, manibus semper in pectore complicatis, supinus imponitur; adjicitur e more perquam antiquo obolus, quo beatorum ad regna aditum apud coeli custodem sibi paret. Cognati donec efferatur, dies noctesque adsidentes, naenias cantant. Leges ecclesiae mortuos tertio demum die sepeliri jubent, saepius vero, mortis die falso professi, sacerdotes circumscribuntur. — Esthoni funus epulis, vinumque adustum potantes, celebrant. In tumulo crucem ligneam infigunt, cujus lignum transversum a plerisque paulo post defringitur, quippe qui manus mortui complicatos tunc demum solvi licere credant.

\*) D. M. E. Syx über den Mißbrauch des Aderlassens in den nördlichen Provinzen Rußlands, für Leser aus allen Ständen. Riga 1793.

Eandem fere vitam, ac Esthoni, ducenti circiter Letticae gentis incolae degunt. Plurimi servorum negotia obeunt.

Rossi, exceptis militibus, vel mercatura vel manuum opera quaestum sibi parant. Numerus eorum, supra commemoratus, tempore aestivo valde augetur, multi enim e remotissimis Rossiae provinciis hic peregrinantes manupretis victum quaerunt. Qui cum, parce viventes, minori pretio, sed majori industria et solertia, quam nostrates, opus faciant, pecuniae vim sat magnam sibi comparant. Autumno, pecuniis conquisitis, in patriam redeunt. Ceterorum Rossorum hic habitantium vivendi ratio haud multum ab Esthona abhorret. Quid vero ad sacra nonnullaque alia peculiaria ainet, inspicienda prae ceteris, quae Prof. Erdmann, in libro \*) nuper edito egregie protulit. Invenies ibi sectae illius, supra jam commemoratae et veterem formulam sequentis (Roskolniki) discrimina. \*\*)

\*) Beiträge zur Kenntniß des Innern von Rußland, von Dr. Joh. Fr. Erdmann. Erster Theil. Nebst einem großen Plane in Steindruck. Riga und Dorpat 1822, bei J. F. Meinshausen, etiam sub titulo alio: Medicinische Topographie des Gouvernements und der Stadt Kasan, nebst mehreren darauf Bezug habenden historischen, geographischen, statistischen und ethnographischen Notizen.

\*\*) l. c. pag. 210.

Sed haec de singulis partibus hactenus! Super-  
sunt adhuc alia quae an incolae nec non ipsam to-  
pographiam medicam spectantia. — Ex supra dictis  
incolarum alios victu largiore, alios tenuiore pro rei  
familiaris modulo uti, patet. Qui vero familia ca-  
rent, quorum in numero praeter stultissimos trecentos  
multi etiam alii habendi sunt, cibo non raro tenuiore,  
male in popinis praeparato, et valetudini non raro in-  
festiore vescuntur. Utinam cura diligentior, ut nu-  
per de cerevisia et pane, sic etiam de cibis aliis prae-  
parandis adhibeatur.

Nulla vero re Dorpatum magis quam oblecta-  
tionibus publicis eget. Nundinarum tantummodo  
mensē, Januario scilicet, magna hominum multitudi-  
ne confluyente, tempus otiosum amoenissime fallere  
licet. Saltationes in coetibus publicis et privatis ha-  
bentur, musici celeberrimi sibi quaestum et nobis  
voluptatem parant. — Olim scenicorum greges hoc  
tempore oculos nostros pascebant, quod vero ex de-  
cennio illis interdictum est. Januario praeterlapso,  
peregrini oppidum relinquunt, indigenarum vero alii  
quaestum recensent, alii rem affectam lugent, alii  
litteris incumbunt, alii otiosi in societatibus vel pri-  
vatis vel publicis tempus consumunt. Ceterum re-  
creationi frivola loca designata sunt. Patet otiosis 1)  
conventus antiquior (major dictus) quem a  
mercatoribus institutum, multi muneribus praefecti,  
ipsique nobiles frequentant; 2) conventus acade-

| Anni. | Paria<br>matrimon.<br>juncto-<br>rum. |       | N e o n a t i. |              |             |                |              |        | M o r t u i.   |              |        |                |              |        |
|-------|---------------------------------------|-------|----------------|--------------|-------------|----------------|--------------|--------|----------------|--------------|--------|----------------|--------------|--------|
|       |                                       |       | Germani.       |              |             | Esthoni.       |              |        | Germani.       |              |        | Esthoni.       |              |        |
|       | Germ.                                 | Esth. | Sex.<br>viril. | Sex.<br>fem. | Sum-<br>ma. | Sex.<br>viril. | Sex.<br>fem. | Summa. | Sex.<br>viril. | Sex.<br>fem. | Summa. | Sex.<br>viril. | Sex.<br>fem. | Summa. |
| 1802  | 16                                    | 15    | 47             | 46           | 93          | 31             | 32           | 63     | 34             | 25           | 59     | 27             | 29           | 56     |
| 1803  | 17                                    | 23    | 35             | 29           | 64          | 34             | 30           | 64     | 37             | 32           | 69     | 33             | 27           | 60     |
| 1804  | 19                                    | 24    | 37             | 31           | 68          | 47             | 47           | 94     | 36             | 40           | 76     | 53             | 35           | 88     |
| 1805  | 20                                    | 22    | 37             | 34           | 71          | 51             | 52           | 103    | 34             | 29           | 63     | 45             | 48           | 93     |
| 1806  | 17                                    | 30    | 50             | 32           | 82          | 67             | 54           | 121    | 37             | 17           | 54     | 44             | 41           | 85     |
| 1807  | 25                                    | 27    | 42             | 37           | 79          | 65             | 47           | 112    | 47             | 31           | 78     | 108            | 82           | 190    |
| 1808  | 24                                    | 32    | 35             | 45           | 80          | 46             | 49           | 95     | 72             | 59           | 131    | 186            | 126          | 312    |
| 1809  | 20                                    | 29    | 41             | 49           | 90          | 68             | 63           | 131    | 37             | 31           | 68     | 72             | 57           | 129    |
| 1810  | 16                                    | 35    | 52             | 42           | 94          | 80             | 74           | 154    | 39             | 36           | 75     | 60             | 47           | 107    |
| 1811  | 22                                    | 38    | 52             | 36           | 88          | 66             | 73           | 139    | 34             | 25           | 59     | 56             | 57           | 113    |
| 1812  | 35                                    | 22    | 45             | 48           | 93          | 61             | 60           | 121    | 44             | 24           | 68     | 58             | 51           | 109    |
| 1813  | 21                                    | 24    | 47             | 37           | 84          | 63             | 64           | 127    | 42             | 49           | 91     | 67             | 90           | 157    |
| 1814  | 18                                    | 36    | 42             | 57           | 99          | 54             | 39           | 93     | 45             | 44           | 89     | 83             | 65           | 148    |
| 1815  | 22                                    | 47    | 39             | 37           | 76          | 63             | 59           | 122    | 51             | 32           | 83     | 50             | 62           | 112    |
| 1816  | 24                                    | 35    | 44             | 40           | 84          | 61             | 54           | 115    | 39             | 28           | 67     | 60             | 45           | 105    |
| 1817  | 37                                    | 57    | 49             | 38           | 87          | 57             | 75           | 132    | 33             | 36           | 69     | 51             | 61           | 112    |
| 1818  | 21                                    | 47    | 44             | 51           | 95          | 66             | 73           | 139    | 23             | 32           | 55     | 65             | 67           | 132    |
| 1819  | 14                                    | 32    | 41             | 45           | 86          | 68             | 57           | 125    | 36             | 35           | 71     | 70             | 62           | 132    |
| 1820  | 22                                    | 21    | 52             | 39           | 91          | 76             | 69           | 145    | 30             | 32           | 62     | 57             | 73           | 130    |
| 1821  | 25                                    | 32    | 51             | 43           | 94          | 73             | 71           | 144    | 33             | 40           | 73     | 90             | 82           | 172    |
| Summa | 435                                   | 628   | 882            | 816          | 1698        | 1197           | 1142         | 2339   | 783            | 677          | 1460   | 1335           | 1207         | 2542   |

micus, anno 1814 a civibus academicis constitutus, quem plurimi etiam nobiles, muneribusque praefecti adeunt, in quo, aequae ac in illo, ephemerides aliasque litteras publicas legere, animumque a negotiis remittere licet; 3) conventus opificum, oblectationi destinatus, in quo vero non pauci, pro dolor! nimium temporis consumunt.

Ambulationes in oppido ipso nullae quidem essent, nisi hortus botanicus pateret, et senatus academicus amoenum montem episcopalem, jam aedibus arboribusque ornatum, ambulationi aptasset. — Excursus ultra oppidi limites jucundum praebet praesertim hortus villae Rathoboviae, qui miliaria duo Rossica ab urbe distans, cuiuslibet patescit. — Homines plebei tempore vespertino; laboribus confectis, cauponas extra urbem frequentant, in quibus vinum adustum multo minoris, ac in urbe ipsa, venditur.

Hoc de incolis caput tabula ecclesiastica, Esthono Germanosque per viginti annos componens, subsequatur.

*[Faint, mostly illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.]*

## Caput VI.

### *De re litteraria et medicinali.*

Quas diversas quidem res, ut paucis absolvamus, uniuscapitis finibus circumscribere eo minus alienum putavimus, quo graviora adhuc a nobis in medium proferenda sint. Extant insuper scripta permulta, in quibus viri doctissimi plane et distincte disserere de quibuscunque hujusmodi rebus, quarum tantummodo adumbrationem aliquam hic delineari sufficiat. — Imperator augustissimus Paulus I. scientiarum summam Dorpati colligere statuit, et Autocrator Alexander I. almam nostram academiam anno 1802 condidit, cui, maximis privilegiis pollenti, omnium Livoniae, Curoniae et Esthoniae scholarum scriptorumque moderationem mandavit. Elegantissima non modo aedificia exstructa sunt, sed viri etiam celeberrimi, professorum munere egregie fungentes, multos juvenes ad litteras colendas alliciunt. — Imperator Augustissimus, Curatore Illustrissimo Comite de Lieven, litterarum Universitatem

Dorpatensem longe altiorem melioremque in statum nuper evehebat, et ex aerario publico quocunque anno 37,000 fere uncial. Rossic. suppeditari jussit. De rebus omnibus Universitatem spectantibus, Ill. Prof. Morgenstern plura traiecit, cum in praeflectionum cathalogis, tum in libris illis de Dorpat nostro conscriptis \*), quos haud amplius divulgari valde dolemus. — Triginta nunc adsunt professores, studiosorumque numerus, quotannis crescens, 400 fere aequat.

Primum inter scholas locum provinciae Gymnasium, in quinque classes divisum, tenet, cui 11 praeceptores doctissimi, directori omnium provinciae scholarum subditi, praesunt. — Discipuli, quorum numerus 200 superat, majori ex parte literis sese dedunt, et testimonio maturitatis instructi, in numerum civium academicorum recipiuntur.

Scholam circuli in duas tantummodo classes divisam, adeunt, quibus, opificum ordinem inituris, litterarum rudimenta sufficiunt.

Schola puellarum praeceptoribus egregiis excellens, centum fere frequentatur a puellis.

Praeter enumeratas has scholas tres adhuc publicae elementariae exstant, duae scilicet puerorum,

\*) Dörptsche Beiträge für Freunde der Philosophie, Litteratur und Kunst. Herausgegeben von K. Morgenstern.

tertia puellarum, in quibus plebei primis elementis inibuntur. Omnibus in his scholis praecepta in lingua Germanica traduntur. Haud mirum igitur multos e linguae inscientia vel parum proficere, vel omnino eas non adire. Nova ergo nunc schola sumptibus publicis conditur, in qua praeceptores lingua Esthonica utantur.

Cetera instituta permulta privata ad juventutem conformandam, sub directione publica florentia, ex parte egregia, omitamus, quippe quorum certa non est instituta sive ratio.

Eodem fere modo, quo scholis, ad annum complentur, abundamus, novo omnino sane egemus, quae medicorum peritorum ac doctissimorum sub directione florentia, multum in morbos pestiferos cogitandos valere, constat. Majoris adhuc momenti essent oppido nostro, ubi frontibus plebei, ut ex allatis patet, in tabulis humidis, innumeris morborum momentis cecidissent, medicamentis adhibitis saepe repugnantibus, obnoxii sunt. Quare nosocomia civilia nusquam in toto oppido, haec aegrotis abundantante, adhuc adesse, valde dolendum. Etenim nosocomium Academiae et militum vix illis adnumerandum videtur. Hoc scilicet non nisi milibus patet, et illud omnes quidem aegrotos exciperet, nisi aedificii angustiis, nec non ipsis instituti legibus prohiberetur. Condebat enim pro certe consilio, ut medicinae studiosi sub praeceptorum auspiciis in

curatione variorum morborum versarentur. Aegroti igitur non nisi in finem institutionis admittuntur. Nihilominus omnis aegrotantium spes nosocomio academico inmittitur, quo, quamquam in sectione medica et chirurgica quidem, in obstetrica octo tantummodo excipiantur, praesertim antea caervatim confluat, quibus instituti hujus directores humanissimi consilium non solum, sed ipsa etiam medicamenta suppeditant. Attamen maxima negligentia, et innumerabiles intra parietes potentiae nocentes, medicamentorum et ipsius naturae vim medicatricem non raro confringunt. Quid vero multa de ipso hoc nosocomio dicam? mira enim fide Illustrissimus director ejus, Prof. Erdmann in annalibus clinicis de illo jam disseruit, cui tot aegrotantium sanitatem recuperatam, multique medici dexteritatem in tractandis morbis debent. Utinam multa secula vigeat, floreat et crescat! utinam directorum Illustrissimorum, Erdmann, Moier et Deutsch opera studiumque in aegrotis discipulisque posita, prosperrimo gaudeant successu. Quidquid praeceptoribus illis humanissimis in tractanda re medicinali debeam, nulla unquam oblivio delebit!

Medicis scientissimis oppidum nostrum abundat. Praeter 7 medicinae professores celeberrimos (qui vero, munere academico nimis distenti, minus in tractandis aegrotis versantur), 5 exstant medici privati, et 2 publici, quorum alter, medicus cir-

culi forensis, a senatu medicinali amplissimo constitutus, sectiones forenses instituat, tironum conscriptorum valetudinem inquireat, milites oppidanos in nosocomio proprio, et maleficos in vinculis publicis aegrotantes curet, pauperibus ruricolis, opem ejus implorantibus, auxilietur, multaque alia officia publica subbeat. Alter, physicus urbanus, ab oppidi magistratu electus, sub auspiciis senatus medicinalis, edictis omnibus ad civium valetudinem servandam vigilet, aegrotos in praediis urbanis et ptochotropheis tractet, oenopolia, deversoria, tabernas, e. s. p. perscrutetur, consiliaque ad morbos malignos coercendos capiat. Ceterum medicorum praxin privatam exercentium plures sumtibus societatis pauperum curam habentis egenis gratis mederi parati sunt.

Tandem obstetrices quoque plures hic artem suam exercent.

Pharmacopolia tria sunt in oppido, et unum in nosocomio academico, ubi vero nemini, nisi direttore jubente, medicamenta conceduntur. Pharmacopoliae eorumque famuli et discipuli in omnibus rebus ad pharmaciam pertinentibus rigorese examinantur. — Senatus medicorum Rigensis inquiri, utrum medicamenta incorrupta, pretio constituto vendantur, formulae in libro proprio colligantur etc.

## Caput VII.

### *De morbis grassantibus.*

**M**omenta multa pestifera, quibus incolae Dorpatenses afficiuntur, hucusque investigare studuimus; nunc tandem gravissimam topographiae medicae partem aggredimur, illum organismi statum contemplantibus, in quo, mutata ejus qualitate, actionum harmonia tollitur. Morbus, ut omnibus satis jam constat, e concursu momentorum casualium exoritur. Quibus quo quis magis obnoxius sit, eo crebriores sustineat morbos. Primum dissertationis nostrae caput cives Dorpatenses in duas dividit partes, alteram clivum, alteram vallem incolentium. Quod vero discrimen non modo in variis viribus localibus, sed etiam in moribus et vivendi ratione positum esse, capita proxima probant. Vulgus corpore quidem firmiore gaudet, sed, ut verba jam docet proverbium, „gutta perpetuo stillans et marmor cavat“, sic et robustissimus, tanis pestiferis objectus, aegrotat tandem, legibusque naturae tenetur. Oppidi igitur nostri plebeji

valetudine minus firma utuntur, et morbi epidemici et endemici vario modo in illos saeviunt. Hippocrates multique alii scriptores celeberrimi regionis vim in morbis gignendis satis probarunt. Sed patriam ipsam in medium proferre licet. Anno scilicet 1710 pestilentia, omnem fere Livoniam devastans, regioni altiori citra oppidum Walk parcebat. Dorpatum vero nostrum, in humillima fere Livoniae parte situm, maxime vastabatur.

Topographiae ~~est~~ medicae haud omnes sed peculiare tantummodo morbos diligenter copioseque exponere. Quorum cum nulli hic obversentur, ceteros endemicos et epidemicos, saepissime medicis nostris occurrentes, omnibus vero jam notos, paucis persequemur.

Fetus mulierum Esthonarum in utero vel ipso in partu multis potentis infestis obnoxius, non raro vel mortuus, vel adeo imbecillis nascitur, ut vitam miserissimam, omni fere cura destitutus, vix aliquot per dies continuare queat. Sed ipsi robustiores pravae vivendi et educandi ratione saepe confringuntur, seminare variorum morborum illis injiciuntur. En causam magnae mortalitatis! Objicies forte, Esthonorum rucolarum infantes nulla meliori sorte gaudere, eandemque esse matrum incuriam. Sane! Sic vero habeto, e parentibus fortioribus fortiores natos momentis infestissimis parum affici. Morbis infantum Eclampsia, endemica fere, adnumeranda est.

quam e vitis organorum abdominis et e digestionē turbata originem ducere haud miferis, cibum crudum, refrigerationes crebras, diathesin scrophulosam et vermes intestinales respiciens.

Scrophulæ liberos praecipue plebejos occupare solent, quarum praedispositionem non modo aetas ipsa infantilis, sed parentes etiam, nimio potu spirituosos amorisque voluptatibus et viro syphilitico enervati, constituunt. Momentis causalibus externis adnumerari licet, quaecumque, intestinorum tractum ceteraque afficientia, vasorum lymphaticorum systema debilitant. Haud aedepol mirandum, aetate ipsa protracta pauperiores, fructibus Solani tuberosi, cibus e farina concocctis, pane atro etc. vescentes, potuque spirituosos a pueris indulgentes, atque in tabernis humidis sordidisque degentes, a scrophulis, diversam speciem induentibus, teneri. Diarrhoea habitualis vires infantum magis magisque debilitat, neque tandem Atrophia perfecta mortem adducat.

Vitia digestionis. Multi nobis fortasse obijcient illa symptoma modo variorum pathematum nec morbum ipsum constituere! Sed maxima eorum frequentia, variae quas induunt formae, nec non causae diversae illa enumerare nobis persuaserunt. Ipsos nobiliores invadunt, quippe quae originem vel e cibo nimio ventri ingesto, vel e refrigerationibus abdominis, vel e vermibus intestinalibus ducant. Saepius populum infestant. Educationem, habitum scrophu-

losum, et vivendi rationem contemplantibus, haud mirum sane, tot pueros ex intestinis laborare videtur. Aetate magis proventa victus robustior et dyspepsia, congenita quasi, flatulentiam et colicam gignunt. Quas quidem ad pellendas viri et mulieres potui indulgent ardentiori, cui non raro iuncturas quasdam aromaticas e. g. absinthii vel turionum pini vel gemmarum betulae albae, addunt, digestionem vero magis magisque debilitant. Laboribus incalescentes sub divo pernoctant, et inde dysenteria aliisque abdominalis inflammationibus afficiuntur, quae desorganisationes varias gignunt. Mulieres teneris ab unguiculis, ut supra commemoratum est, regionem hypochondriacam cingulo ita constringunt, ut abdomen tympanicum videatur. Ventriculus igitur, quod sectiones probant, in regione umbilicali vel iliaca sinistra situs est, unde functiones ejus, muliere praesertim gravida, impediuntur.

Psora ubicunque populi adeo divulgatus est, morbus, ut paucos illa haud infectos fuisse non dubitem. Convictio, communisque thermarum usus magis magisque eam propagant, ut ipsos nobiliores, a famulis infectos, nonnunquam invadat. Infantes vero scrophulosi, ut experientia docet, ejus ope a scrophulosis aliisque morbis non raro liberantur.

Helminthiasis endemica ex ipsa scrophulosa diathesi deduci licet. Omnia fere vermium intestinalium genera et species occurrunt. *Ascaris Lumbricoides*,

des non infantes solum, sed ipsos adultos infestat, et *Oxyuris Vermicularis* saepe haemorrhoidum et fluoris albi momentum constituit causale. Sed notatu dignissimus *Bothriocephalus latus* Bremseri. Tot enim annorum experientia docuit, vulgi plurimos, nobiliorum vero multos eo laborare. — Medici caveant, ne optima valetudine gaudere censeant, quicunque horum opem haud implorent. Ipsis enim aegrotis constat, nullum hucusque certum taeniarum remedium cognitum esse; nulla igitur spe sustentati, nullius implorant opem, immo etiam ex consuetudine tanta nascitur securitas, ut, morbum negligentes, omnem respuant opem. Accedit *Bothriocephalum* mitiores inducere molestias quam *Taeniam Solium*. De vermium, praesertim taeniarum latiori sensu origine plurimi inter se discrepant, nunc aquam, nunc pisces, nunc alias accusantes res. Sed multos in medium proferre liceat, qui, ad quadragessimum usque et quod excurrit annum Dorpati viventes, nec ab aqua piscibusque abstinentes, nunquam vermibus laborasse grata mente fatentur. — Quae Cel. Rudolphi \*) de origine Ligularum suspicatur, neququam ad taenias nostras pertinere videtur. „Ligulas“ dixit „piscinas primo tantum vitae stadio contineri, ab avibus autem deglutitas alterum subire, et legitima meta-

\*) Car. Asm. Rudolphi Entozoorum synopsis. Berolini 1819. pag. 459.

morphosi ovaria et Lemniscos sensim explicare crediderim. — Ligulae in piscibus et animalibus, quae his vescuntur, tantum occurrunt, in piscibus abdominalibus, in phoca et ayibus sunt intestinales, quod hypothesin meam augeat. — Generationem vero aequivocam sequentibus taeniarum frequentiam jam e prava vivendi ratione explicari licet. Organa digestionis prima a pueritia praecipue per vini adusti absumum debilitata et pituita impleta, Ascarides fovent. Aetate proveciore saepissime non modo medicamentis appositis non firmanantur, sed ne momenta quidem pestifera amoveantur. In tabernis humidis vitam degunt, sordidam, organaque digestionis praestringunt. Ipsi Germani, familia carentes, cibus in popinis male concoctis vescentes, digestionem turbant. Multum forte sanitas civium juvaretur, si curae publicae parandosum quoque ciborum moderamen crederetur.

Phthises variae multis interimunt. Catarrhi pulmonum inveterati, Pneumoniae et Pleuritides negligenter curatae supurationem pulmonum saepissime gignunt. Habitum phthisicum congenitum in Esthonia rarius quam in Germania deprehendimus. Ipsam phthisin trachealem ex nonnullis annis crebrius observari, medici confirmant. — Vulgus insuper a diversissimis phthisium abdominalium formis vexatur, quarum praedispositionem jam tenerrima in aetate Scrophulae, Atrophia Diarrhoeaque habitualis gignunt, et postea prava vivendi ratio, victus asperior firmior-

que, nimia ad potus spirituosos propensio, et ipse feminarum mos, regionem hypochondriacam cingulo constringendi, magis magisque excolunt.

Hydropes. E vitis organorum abdominis et causis pestiferis commemoratis illorum frequentiam jam colligere poteris. Plura de illis notatu dignissima Prof. Erdmann in annalibus clinicis \*) protulit, qui, vasorum capillarum erethismum cum congestione vel inflammatione incedentem, saepius cognoscens, illumque coercens, successum adeo habebat secundum, ut e viginti hydropicis, nosocomio susceptis, septem tantum diem supremum obierint. Sectio instituta vitia semper organica quam maxima detexit.

Scorbutus non nisi in pauperum tabernis tempore verno vel frigore hiemali remissiore grassatur. Oritur vero ex convictu plurium in domiciliis sordidis et humidis, ex aere nebuloso frigidiusculo, dum cubicula aestu abundant, nec non e piscibus salsis. Quamquam rarissime primum stadium transgrediatur, tamen complicationes aliis cum morbis e. g. cum Syphilitide constituit, quae medicum saepe perturbant.

Arthritis a domiciliis humidis et atmosphaera variabili nec non potuum spirituosorum abusu proficiscens, nonnumquam hereditaria nobiliores et pauperes, ipsos juvenes puerosque infestat.

\*) l. c. pag. 69.

**Febres intermittentes.** Illarum frequentiam ex humo uliginosa jam colligere potes. Saepe tempore autumnali, saepissime vero vernali invenire illas licet. Pauperum in tabernis endemicas easdem a verno tempore usque ad brumale, immo etiam in hoc, diu perseverantes, invenimus. Typus nunc quotidianus, nunc tertianus, nunc quartanus, haud raro duplex. Crebrius laryatae aliis cum morbis complicantur, nunc chronicis nunc acutis. Peritua-  
cia, tractatione perversa et causis inhaerentibus des-  
organisationes organorum abdominis oriuntur.

**Febris rheumatica** saepissime a climatis inconstantia, nec non multis aliis causis proficiscitur. Esthoni, vitam rure degentes, illam fere ignorant, Germanorumque mollitiem irrident. Sed vulgus urbanum saepius fortasse illa laborat quam Germani. Unicum fere remedium sudationes illis sunt. Morbus haud raro chronicam sibi formam vindicat, extremitatesque, pectus, oculos et alias organismi partes infestat.

**Ophthalmiae** peculiarem sane Esthonorum morbum constituunt. Proficiscuntur omnes fere e Trichiasi congenita quasi, ut ex structura palpebrarum supra allata patet. Dubitarem ergo illas in morbos Dorpati endemicos referre, nisi saepissime specificam quandam induerent formam e. g. arthriticam, rheumaticam, catarrhalem et syphiliticam.

**Lues venerea** plebejis nostris majus sane

quam taenia adfert damnum, latiusque divulgata est. Quam igitur, etsi viribus nec climaticis nec atmosphaericis nec localibus gignatur diffundaturque, nihilominus morbis endemicis adnumerandam haud dubitem, praesertim cum prava vivendi ratione magis magisque adhuc divulgetur, ipsaque cura impediatur. In pauperum tabernis virus omnem non raro familiam, ipsosque neonatos inficit. Haud sane difficile esset unasquasque morbi formas, in compendiis enumeratas, hic investigare. Saepe adeo inveteratus aliisque cum morbis complicatus est, ut diversissimas ostendat formas. Nescio an lupanaria publica, sub inspectione medicorum, tantum mores depravarent, quantum in morbo pestifero coercendo proficerent. Dolendum sane, nullum adesse nosocomium, quod aegroti petant. Vix enim ulla medicorum cura ad illos intra parietes privatos sanandos sufficeret; computes autummodo, quaeso, omnem Esthonorum victum et regimen, et sane ab Hydargyri usu abstinere.

Celeberrimo Baer ex parte modo adsentimus: „Duo“ dicenti \*) „magna morborum genera, spasmi nempe et morbi psychici inter Esthonos rarissima sunt.“ Eximendae nempe essent Epilepsia, Eclampsia infantum et Mania illa e nimio potuum spirituosorum usu orta, de qua Ill. Erdmann plu-

\*) l. c. pag. 75.

rima notatu dignissima in medium protulit \*). Ceterum cardialgia et hysteria non raro apud feminas rusticas occurrunt, eaeque partim e compressione regionis epigastricae ope cinguli, partim vitis uteri, vivendi ratione et parturitione raro difficiliore inductae.

Præter enumeratos hos morbos multi epidemici occurrunt, quorum in numerum prae ceteris referendi sunt:

**Dysenteria**, de qua, tempore autumnali plerumque obversante, saepius jam disseruimus.

**Typhus** non solum sporadicus quotannis occurrit, sed etiam epidemicum annis 1807, 1808, 1813 et 1814 multos interemisit e mortuorum indice cognoscas. Oriebatur tempore belli e rei frumentariae inopia, oppidoque militibus vulneratis referto.

**Variolae**, pro hominum negligentia morbis epidemicis adhuc adnumerandae, multos cum infantibus tum juvenes, rusticos praesertim, absumunt, quod e. g. index mortuorum anni 1822 satis superque docet. Leges exstant multae sapientes severaeque \*\*), quarum vero auctoritas sensim sensimque labascit. Ardor studiumque nimium paene, quod primo qui-

\*) Erdmann Topographie von Kasan etc. pag. 156.

\*\*) Die Pölizei für Livland von der ältesten Zeit bis 1820, in einem nach den Gegenständen geordneten Auszuge aus den Regierungs-Patenten und andern obrigkeitlichen Verordnungen, von Dr. K. G. Sonntag. Erste Hälfte. Riga 1821. pag. 22. 195.

dem tempore in vaccinatione collocabatur, remissum, plus deficiebat quam proficiebat. Mulieribus scilicet, et artis ignavis vaccinatio, ut magis divulgaretur, permittebatur, qui vero cum variolas spurias a veris haud distinguere, si em praesidii apud rusticos suspectam reddiderunt.

**Morbilli et tussis convulsiva** quotannis fere grassantur, non raro quoque scarlatina, et e constitutione epidemica vel benigniores vel maligniores redduntur. Populum magis morbi secundarii, ex incuria reconvalescentium orti, vexant, quibus praeter ceteris diversa pulmonum pathemata, Phrenitidem et hydropem cerebri adnumeramus.

De singulis morbis hactenus! Ex indice Esthonorum in oppido per sexennium defunctorum facile colligere licet morbos lethales, quos ut in tabulis ecclesiasticis adnotatos invenimus, hic enumerandos haud dubitavimus, sin etiam diagnosi nonnunquam minus fides habenda sit.

## Synopsis morborum Esthonorum lethalium.

| Morborum formae.            | 1816 | 1817 | 1818 | 1819 | 1820 | 1821 |
|-----------------------------|------|------|------|------|------|------|
| In partu mortui . . . . .   | 4    | 6    | 3    | 5    | 7    | 5    |
| Debil. infant. congen.      | —    | 10   | 6    | 12   | 4    | 6    |
| Morbi infant. varii         | 12   | 13   | 8    | 16   | 19   | 12   |
| Typhus . . . . .            | 5    | 5    | 4    | 10   | 6    | 7    |
| Febris intermittens         | —    | —    | —    | 1    | —    | —    |
| Pneumonia etPleurit.        | 1    | 7    | 6    | 3    | 2    | 7    |
| Hepatitis . . . . .         | —    | —    | —    | —    | 1    | —    |
| Erysipelas . . . . .        | —    | —    | —    | 1    | —    | —    |
| Variolae . . . . .          | —    | 8    | 14   | 7    | 3    | 7    |
| Scarlatina . . . . .        | —    | —    | 4    | —    | —    | 2    |
| Morbilli . . . . .          | 3    | —    | 2    | 4    | 1    | 11   |
| Rheumatismus . . . . .      | 2    | —    | —    | 2    | 3    | —    |
| Haemoptysis . . . . .       | 1    | —    | —    | —    | 1    | —    |
| Diarrhoea . . . . .         | —    | —    | —    | 1    | —    | —    |
| Dysenteria . . . . .        | 6    | —    | —    | —    | 1    | —    |
| Arthritis . . . . .         | 4    | 4    | 3    | 1    | 1    | 4    |
| Hydropes . . . . .          | 7    | 6    | 10   | 13   | 13   | 15   |
| Phthises . . . . .          | 18   | 8    | 9    | 8    | 13   | 15   |
| Scrophulae et )             |      |      |      |      |      |      |
| Atrophia                    | 3    | 9    | 16   | 5    | 5    | 4    |
| Vesaniae . . . . .          | —    | —    | —    | —    | 1    | —    |
| Eclampsia puerilis          | 20   | 13   | 23   | 17   | 22   | 23   |
| Epilepsia . . . . .         | 1    | —    | —    | 2    | —    | —    |
| Spasmi . . . . .            | —    | 2    | 1    | 2    | 2    | —    |
| Tussis convulsiva . . . . . | 2    | —    | —    | —    | —    | 25   |
| Colica . . . . .            | —    | 2    | 3    | 1    | —    | —    |
| Tympanitis . . . . .        | —    | —    | —    | —    | 1    | —    |
| Apoplexia . . . . .         | 4    | 1    | 3    | 5    | 3    | 4    |
| Pustula livida . . . . .    | —    | 1    | —    | —    | —    | 1    |
| Puerperium . . . . .        | 3    | 5    | 2    | 2    | 3    | 3    |
| Cardiognus verus . . . . .  | —    | 1    | —    | —    | —    | 1    |
| Cancer apertus . . . . .    | 1    | —    | 1    | —    | 3    | —    |
| Aegritudo . . . . .         | —    | —    | 6    | 4    | 5    | 7    |
| Vita violent. privati       | 2    | 1    | 3    | 2    | 2    | 2    |
| Marasmus senilis . . . . .  | 6    | 10   | 5    | 8    | 8    | 11   |
| Summa . . . . .             | 105  | 112  | 132  | 132  | 130  | 172  |

Epizootiae. Mirum sane habendum est, tot tantarumque pecorum luum momenta causalia nondum investigata esse. Nos fontem et originem mali pascuis minime salutaribus inesse putamus. In his scilicet boves damnis quibuscunque maxime sunt obnoxii. Wollstein igitur contendit, quinquaginta pecorum e luis duas vix e vitis organicis vel materiis contagiosis, ceteras vero e pascuis, e stabulis ex incuria pastorum, pabuloque minus salutari originem trahere, de quibus Niederhuber \*) accuratius haec fere statuit: „Auf der Weide ist das Vieh nicht nur den mannigfaltigen Zufällen des verderbenen und schlechten Futters, welches dasselbe dort findet, sondern auch den Eindrücken der Witterung, dem brennenden Sonnenstiche und der Plage der Mücken ausgesetzt. Daher zeigt uns die tägliche Erfahrung, daß schlechte, saure und schattenlose sumpfige Moosweiden die vorzüglichsten Ortschaften seien, auf welchen die Viehseuchen sehr gewöhnlich erscheinen, und gleichsam zu Hause sind.“ — Vitia haec damnosaque omnia, a Niederhuber relata, in regione Dorpatensi saepissime occurrunt, unde nemo miretur in quocunque anno tot pecora absumi, et illa praesertim, quae e regionibus siccioribus me-

\*) D. J. Niederhuber Entwurf einer medicinischen Polizeipflege bei herrschenden Viehseuchen. Salzburg 1793. 2. Abth. 1. Kap. §. 3.

lioribusque huc adferebantur. Utinam tantum malum opera et sumtibus, utilitatis pro magnitudine quam minimis, tollatur. Quod cum accuratius tractare longum esset, nimisque a proposito deflueret, nonnulla tantummodo huc spectantia proferamus: 1) Pecorum greges ne prius ac ineunte mense Junio, interdum serius etiam, in pascua illa agantur, quippe quae tunc denique exsiccata, ac corporibus putrefactis cum animalum, tum plantarum, superiore sive ab anno residuis, seu fluvio exundante adiectis, vacent. 2) Tempore verno in sicciora elatioraque loca pastum commeent, sed sole oriente et pruina vel rore nondum absumentis eorum etiam ab aditu arceantur. Quod vero tempus accuratius constituere clima nostrum mutabile omnino non patitur, de quo suo loco plura protulimus. 3) Tempestate percalida pascua, soli omnino obnoxia, fugienda, vel meridie greges maturius domum reducendi sunt. 4) Fossarum altarum ope solum cum siccius et ideo salutaris redderetur, tum etiam potus sive ex illis, sive e fluvio, ad quem nunc non nisi summo periculo accedere licet, pecudibus suppeteret.

Equi pauperum variis morbis laborant, de quibus, parum adhuc inquisitis, pauca tantum, a nobismet ipsis observata, proferre liceat. Endemici nobis videntur epilepsia \*) et spasmus ille tonicus, quem

Germani vulgo Hirschkrankheit \*) nominant. Hic saepissime, illa raro lethalis. Momenta causalia cum in constitutione endemica, tum in diligentia cura parum adhibita ponenda sunt. Illi adnumeramus tempestatem variabilem, atmosphaeramque humidam (unde in Batavia endemici grassantur) et his nimios labores, quibus incalescentes frigidam bibunt aquam, pabulo depravato vescuntur, et noctes glaciales sub divo degunt.

---

Pferdearzneiwissenschaft. Mit einem Anhang versehen von Otto Sothen. 4. Auflage. Braunschweig 1803. pag. 220.

\*) Kerstings l. c. pag. 116.

---



---

\*) J. A. Kerstings nachgelassene Manuscripte über die

*Evangelico - lutheranam confessionem  
profitentium tabulae ecclesiasticae  
speciales.*

Finem opusculo nostro imposituri, tabulas sequentes vobiscum, lectores humanissimi, communicabo, in quibus Esthonas et Germanos distinguendos credidimus, ut discrimina plane percipiatis. — De Esthonis, influxibus endemicis magis obnoxiiis, accuratius, prolixiusque agere non dubitavimus. — Haud sane mirum, in annos neonatorum Esthonorum numerum magis quam Germanorum augeri. Causa enim partim supra jam adnotabatur, partim in liberis multis extra conjugium natis ponenda, quorum plurimi, a Germanis geniti, sed ab Esthonorum feminis editi, his adnumerantur. In Germanorum libris ecclesiasticis nothos perpaucos, in quinquennio scilicet ultimo 26, invenies.

Tabula ultima (pag. 80) aetatem exhibet rusticolarum in omni praepositura Werroënsi biennio mortuorum. Certiorem te faciat, L. B. rusticolas nostros aetatem longius quam urbanos provehere. Ipsos neonatos et mortuos aliam ibi inire rationem ex tabula subsequente cognasceas:

| Anno. | N e o n a t i. |              |             | M o r t u i.  |              |             |
|-------|----------------|--------------|-------------|---------------|--------------|-------------|
|       | Sex.<br>masc.  | Sex.<br>fem. | Sum-<br>ma. | Sex.<br>masc. | Sex.<br>fem. | Sum-<br>ma. |
| 1819  | 2273           | 2219         | 4492        | 1365          | 1348         | 2713        |
| 1820  | 2272           | 2182         | 4454        | 1390          | 1549         | 2739        |
| Summa | 4545           | 4401         | 8946        | 2755          | 2697         | 5452        |

## Germani in singulis mensibus nati.

| Men-<br>ses. | 1807 | 1808 | 1809 | 1810 | 1811 | 1812 | 1813 | 1814 | 1815 | 1816 | 1817 | 1818 | 1819 | 1820 | 1821 | Sum-<br>ma. |
|--------------|------|------|------|------|------|------|------|------|------|------|------|------|------|------|------|-------------|
| Januar.      | 7    | 7    | 5    | 5    | 7    | 9    | 1    | 10   | 8    | 6    | 2    | 10   | 5    | 5    | 4    | 91          |
| Febr.        | 3    | 5    | 9    | 6    | 8    | 9    | 7    | 8    | 8    | 7    | 8    | 10   | 6    | 6    | 10   | 111         |
| Mart.        | 8    | 6    | 6    | 7    | 7    | 8    | 10   | 17   | 11   | 9    | 12   | 5    | 12   | 8    | 8    | 134         |
| April.       | 7    | 8    | 3    | 14   | 7    | 7    | 5    | 5    | 5    | 5    | 10   | 5    | 8    | 8    | 107  |             |
| Maj.         | 15   | 5    | 7    | 7    | 8    | 9    | 12   | 6    | 8    | 9    | 9    | 10   | 9    | 9    | 7    | 126         |
| Jun.         | 2    | 7    | 10   | 8    | 8    | 8    | 7    | 10   | 7    | 9    | 8    | 8    | 6    | 15   | 10   | 123         |
| Jul.         | 7    | 7    | 13   | 9    | 8    | 5    | 13   | 9    | 7    | 4    | 9    | 7    | 7    | 7    | 9    | 121         |
| Aug.         | 3    | 8    | 9    | 7    | 7    | 9    | 6    | 6    | 8    | 8    | 7    | 6    | 7    | 8    | 2    | 102         |
| Septbr.      | 7    | 9    | 5    | 7    | 7    | 7    | 4    | 9    | 4    | 5    | 4    | 9    | 9    | 8    | 13   | 115         |
| Octbr.       | 7    | 5    | 7    | 13   | 7    | 5    | 4    | 7    | 3    | 5    | 7    | 6    | 6    | 7    | 9    | 98          |
| Novbr.       | 3    | 7    | 9    | 5    | 7    | 8    | 5    | 4    | 4    | 7    | 4    | 6    | 9    | 2    | 6    | 86          |
| Decbr.       | 10   | 6    | 7    | 7    | 7    | 5    | 7    | 8    | 3    | 7    | 7    | 13   | 7    | 4    | 8    | 106         |
| Summa        | 79   | 80   | 90   | 94   | 88   | 93   | 84   | 99   | 76   | 84   | 87   | 95   | 86   | 91   | 94   | 1320        |

## Germani in mensibus singulis mortui.

| Men-<br>ses. | 1807 | 1808 | 1809 | 1810 | 1811 | 1812 | 1813 | 1814 | 1815 | 1816 | 1817 | 1818 | 1819 | 1820 | 1821 | Sum-<br>ma. |
|--------------|------|------|------|------|------|------|------|------|------|------|------|------|------|------|------|-------------|
| Januar.      | 8    | 15   | 8    | 12   | 5    | 4    | 5    | 6    | 14   | 6    | 6    | 5    | 6    | 7    | 3    | 110         |
| Febr.        | 5    | 21   | 8    | 6    | 7    | 6    | 8    | 6    | 9    | 12   | 5    | 9    | 12   | 10   | 6    | 130         |
| Mart.        | 8    | 14   | 8    | 8    | 5    | 9    | 13   | 6    | 9    | 5    | 6    | 8    | 5    | 6    | 7    | 117         |
| April.       | 3    | 6    | 5    | 3    | 3    | 6    | 11   | 7    | 9    | 5    | 7    | 2    | 4    | 7    | 4    | 81          |
| Maj.         | 8    | 10   | 3    | 8    | 6    | 8    | 8    | 8    | 5    | 3    | 5    | 4    | 9    | 3    | 9    | 99          |
| Jun.         | 6    | 13   | 6    | 4    | 7    | 7    | 10   | 8    | 3    | 9    | 7    | 3    | 2    | 3    | 2    | 90          |
| Jul.         | 7    | 4    | 6    | 3    | 5    | 5    | 12   | 8    | 3    | 5    | 9    | 5    | 8    | 4    | 5    | 89          |
| Aug.         | 7    | 18   | 4    | 7    | 2    | 3    | 7    | 9    | 4    | 5    | 4    | 4    | 5    | 3    | 4    | 84          |
| Septbr.      | 7    | 4    | 5    | 5    | 7    | 4    | 6    | 4    | 4    | 2    | 4    | 3    | 4    | 4    | 7    | 68          |
| Octobr.      | 7    | 5    | 3    | 9    | 2    | 4    | 1    | 7    | 9    | 6    | 4    | 3    | 4    | 3    | 11   | 76          |
| Novbr.       | 6    | 9    | 7    | 5    | 7    | 8    | 6    | 13   | 6    | 4    | 5    | 5    | 8    | 2    | 11   | 102         |
| Decbr.       | 8    | 12   | 5    | 6    | 3    | 6    | 4    | 7    | 8    | 5    | 9    | 4    | 4    | 8    | 4    | 93          |
| Summa        | 78   | 131  | 68   | 75   | 59   | 68   | 91   | 89   | 83   | 67   | 69   | 55   | 71   | 62   | 73   | 1139        |

## Esthoni in mensibus singulis nati.

| Men-<br>ses. | 1807 | 1808 | 1809 | 1810 | 1811 | 1812 | 1813 | 1814 | 1815 | 1816 | 1817 | 1818 | 1819 | 1820 | 1821 | Sum-<br>ma. | Ge-<br>mini | No-<br>thi. |
|--------------|------|------|------|------|------|------|------|------|------|------|------|------|------|------|------|-------------|-------------|-------------|
| Januar.      | 11   | 11   | 11   | 15   | 13   | 16   | 14   | 10   | 10   | 11   | 14   | 11   | 7    | 12   | 21   | 187         | 3           | 67          |
| Febr.        | 8    | 8    | 7    | 7    | 19   | 12   | 9    | 5    | 5    | 8    | 8    | 5    | 7    | 14   | 14   | 156         | —           | 47          |
| Mart.        | 16   | 14   | 11   | 17   | 10   | 5    | 16   | 7    | 9    | 8    | 14   | 16   | 15   | 10   | 14   | 182         | 2           | 61          |
| April.       | 8    | 6    | 13   | 10   | 15   | 10   | 14   | 8    | 10   | 12   | 13   | 8    | 9    | 16   | 10   | 162         | 2           | 57          |
| Maj.         | 8    | 3    | 10   | 22   | 13   | 9    | 14   | 8    | 9    | 12   | 6    | 15   | 12   | 13   | 14   | 168         | —           | 62          |
| Jun.         | 7    | 7    | 11   | 10   | 11   | 13   | 7    | 12   | 13   | 13   | 9    | 17   | 7    | 10   | 3    | 150         | 3           | 40          |
| Jul.         | 16   | 6    | 11   | 10   | 14   | 10   | 8    | 10   | 7    | 9    | 9    | 10   | 11   | 15   | 9    | 155         | 2           | 34          |
| Aug.         | 5    | 10   | 13   | 6    | 12   | 11   | 12   | 6    | 19   | 6    | 8    | 12   | 14   | 15   | 9    | 158         | 5           | 45          |
| Septbr.      | 15   | 9    | 9    | 12   | 9    | 15   | 5    | 7    | 4    | 5    | 9    | 12   | 8    | 6    | 10   | 135         | 2           | 35          |
| Octobr.      | 3    | 8    | 12   | 12   | 10   | 8    | 12   | 6    | 19   | 9    | 19   | 10   | 14   | 13   | 16   | 171         | 1           | 50          |
| Novbr.       | 2    | 2    | 9    | 13   | 19   | 4    | 6    | 8    | 13   | 8    | 5    | 13   | 12   | 13   | 11   | 142         | 2           | 33          |
| Decbr.       | 13   | 4    | 10   | 14   | 9    | 6    | 10   | 6    | 4    | 14   | 18   | 10   | 9    | 8    | 13   | 148         | 1           | 36          |
| Summa        | 112  | 95   | 131  | 154  | 139  | 121  | 127  | 93   | 122  | 115  | 132  | 139  | 125  | 145  | 144  | 1894        | 23          | 567         |

## Esthoni in mensibus singulis defuncti.

| Men-<br>ses. | 1807 | 1808 | 1809 | 1810 | 1811 | 1812 | 1813 | 1814 | 1815 | 1816 | 1817 | 1818 | 1819 | 1820 | 1821 | Sum-<br>ma. |     |
|--------------|------|------|------|------|------|------|------|------|------|------|------|------|------|------|------|-------------|-----|
| Januar.      | 8    | 36   | 12   | 14   | 14   | 11   | 16   | 15   | 20   | 11   | 8    | 11   | 16   | 12   | 15   | 15          | 270 |
| Febr.        | 11   | 45   | 8    | 9    | 6    | 13   | 9    | 14   | 11   | 13   | 11   | 8    | 7    | 18   | 18   | 16          | 199 |
| Mart.        | 22   | 37   | 13   | 7    | 11   | 10   | 15   | 14   | 6    | 9    | 11   | 15   | 9    | 16   | 16   | 211         |     |
| April.       | 18   | 36   | 12   | 20   | 11   | 12   | 19   | 8    | 9    | 13   | 8    | 13   | 9    | 12   | 12   | 22          |     |
| Maj.         | 12   | 43   | 16   | 8    | 12   | 4    | 14   | 20   | 10   | 12   | 12   | 12   | 10   | 9    | 9    | 13          | 204 |
| Jun.         | 16   | 33   | 11   | 7    | 12   | 9    | 14   | 11   | 5    | 7    | 12   | 16   | 9    | 13   | 11   | 186         |     |
| Jul.         | 15   | 20   | 8    | 6    | 18   | 5    | 5    | 7    | 9    | 9    | 5    | 7    | 17   | 5    | 5    | 16          | 152 |
| Aug.         | 19   | 13   | 13   | 5    | 8    | 9    | 15   | 14   | 10   | 12   | 13   | 7    | 9    | 9    | 9    | 6           | 162 |
| Septbr.      | 17   | 11   | 6    | 4    | 7    | 8    | 13   | 6    | 7    | 8    | 5    | 10   | 16   | 5    | 5    | 14          | 137 |
| Octobr.      | 17   | 11   | 14   | 6    | 5    | 6    | 9    | 15   | 13   | 5    | 6    | 8    | 10   | 7    | 9    | 9           | 151 |
| Novbr.       | 16   | 12   | 7    | 8    | 8    | 6    | 12   | 9    | 8    | 4    | 8    | 8    | 12   | 8    | 17   | 147         |     |
| Decbr.       | 19   | 15   | 9    | 13   | 4    | 11   | 17   | 10   | 13   | 5    | 10   | 10   | 10   | 13   | 13   | 17          | 179 |
| Summa        | 190  | 312  | 129  | 107  | 113  | 109  | 157  | 148  | 112  | 105  | 112  | 112  | 132  | 130  | 172  | 2160        |     |

Tabula Esthonorum neonatorum altera.

| Anni. | Legitime nati. | Nothi. | Summa. | Gemini. |
|-------|----------------|--------|--------|---------|
| 1807  | 83             | 29     | 112    | —       |
| 1808  | 67             | 28     | 95     | 2       |
| 1809  | 104            | 27     | 131    | 1       |
| 1810  | 94             | 60     | 154    | 2       |
| 1811  | 87             | 52     | 139    | 1       |
| 1812  | 89             | 32     | 121    | 2       |
| 1813  | 96             | 31     | 127    | 2       |
| 1814  | 57             | 36     | 93     | 1       |
| 1815  | 90             | 32     | 122    | 3       |
| 1816  | 75             | 40     | 115    | —       |
| 1817  | 89             | 43     | 132    | 2       |
| 1818  | 94             | 45     | 139    | 1       |
| 1819  | 95             | 30     | 125    | 2       |
| 1820  | 101            | 44     | 145    | 2       |
| 1821  | 95             | 49     | 144    | 2       |
| Summa | 1316           | 578    | 1894   | 23      |

Tabula aetatem Esthonorum defunctorum exhibens.

| Defunctorum aetas. | Def. num. |      | Defunctorum aetas. | Def. num. |      |
|--------------------|-----------|------|--------------------|-----------|------|
|                    | 1819      | 1820 |                    | 1819      | 1820 |
| Mortui jam nati    | 5         | 7    | Annum 42 nati.     | 1         | 1    |
| Diem unam —        | 3         | 3    | — 43 —             | —         | 1    |
| Hebd. unam —       | 5         | 4    | — 44 —             | 1         | —    |
| Mens. unum —       | 10        | 6    | — 45 —             | 3         | 4    |
| Annum 1 nati.      | 25        | 27   | — 48 —             | 3         | 2    |
| — 2 —              | 10        | 4    | — 49 —             | 1         | 2    |
| — 3 —              | 1         | 1    | — 50 —             | 4         | 3    |
| — 4 —              | 3         | 2    | — 55 —             | 4         | 2    |
| — 5 —              | 1         | 3    | — 56 —             | 2         | —    |
| — 6 —              | 2         | 3    | — 57 —             | —         | 1    |
| — 7 —              | 1         | —    | — 58 —             | —         | 1    |
| — 8 —              | 1         | —    | — 59 —             | —         | 1    |
| — 9 —              | —         | 1    | — 60 —             | 5         | 6    |
| — 10 —             | 1         | —    | — 62 —             | —         | 1    |
| — 13 —             | —         | 1    | — 63 —             | 2         | —    |
| — 16 —             | 1         | —    | — 64 —             | 1         | 1    |
| — 17 —             | —         | 1    | — 65 —             | —         | 6    |
| — 18 —             | 1         | 2    | — 66 —             | —         | 1    |
| — 19 —             | —         | 2    | — 67 —             | —         | 1    |
| — 24 —             | —         | 1    | — 68 —             | 1         | —    |
| — 25 —             | 4         | —    | — 69 —             | 1         | 1    |
| — 27 —             | —         | 2    | — 70 —             | 3         | 2    |
| — 28 —             | —         | 1    | — 71 —             | —         | 3    |
| — 29 —             | —         | 1    | — 72 —             | —         | 1    |
| — 30 —             | 1         | 3    | — 75 —             | 2         | —    |
| — 32 —             | 1         | 2    | — 79 —             | 2         | —    |
| — 33 —             | 1         | —    | — 80 —             | 2         | 2    |
| — 34 —             | 1         | —    | — 81 —             | —         | 1    |
| — 35 —             | —         | 1    | — 82 —             | 1         | —    |
| — 37 —             | 2         | 1    | — 83 —             | 2         | —    |
| — 38 —             | 2         | —    | — 85 —             | 2         | —    |
| — 40 —             | 7         | 4    | — 93 —             | —         | 1    |
| — 41 —             | —         | 1    | — 95 —             | —         | 1    |

Tabula aetatem Esthonorum masculorum in  
 praepositura Werroënsi defunctorum exhibens.

| Ann.<br>nat. | 1819 | 1820 | Ann.<br>nat. | 1819 | 1820 | Ann.<br>nat. | 1819 | 1820 |
|--------------|------|------|--------------|------|------|--------------|------|------|
| 1            | 503  | 514  | 30           | 5    | 7    | 59           | 12   | 9    |
| 2            | 93   | 99   | 31           | 5    | 2    | 60           | 10   | 22   |
| 3            | 62   | 63   | 32           | 3    | 7    | 61           | 14   | 10   |
| 4            | 42   | 29   | 33           | 3    | 7    | 62           | 15   | 12   |
| 5            | 20   | 27   | 34           | 6    | 7    | 63           | 10   | 7    |
| 6            | 14   | 26   | 35           | 6    | 8    | 64           | 3    | 11   |
| 7            | 13   | 10   | 36           | 7    | 5    | 65           | 17   | 14   |
| 8            | 15   | 18   | 37           | 4    | 4    | 66           | 12   | 8    |
| 9            | 6    | 8    | 38           | 8    | 5    | 67           | 11   | 5    |
| 10           | 6    | 7    | 39           | 4    | 5    | 68           | 13   | 9    |
| 11           | 6    | 2    | 40           | 14   | 13   | 69           | 4    | 7    |
| 12           | 8    | 7    | 41           | 11   | 9    | 70           | 13   | 19   |
| 13           | 8    | 6    | 42           | 7    | 15   | 71           | 3    | 4    |
| 14           | 4    | 7    | 43           | 9    | 10   | 72           | 3    | 6    |
| 15           | 3    | 7    | 44           | 6    | 5    | 73           | 5    | 4    |
| 16           | 5    | 7    | 45           | 30   | 15   | 74           | 4    | 4    |
| 17           | 3    | 5    | 46           | 15   | 13   | 75           | 13   | 11   |
| 18           | 3    | 2    | 47           | 7    | 9    | 76           | 1    | 3    |
| 19           | 5    | 6    | 48           | 24   | 12   | 77           | 3    | 1    |
| 20           | 3    | 2    | 49           | 11   | 10   | 78           | 3    | 3    |
| 21           | 5    | 7    | 50           | 29   | 26   | 79           | 1    | 3    |
| 22           | 6    | 10   | 51           | 8    | 7    | 80           | 8    | 3    |
| 23           | 11   | 5    | 52           | 8    | 11   | 81           | 1    | 1    |
| 24           | 4    | 2    | 53           | 13   | 12   | 85           | 2    | 1    |
| 25           | 11   | 8    | 54           | 12   | 11   | 86           | —    | 1    |
| 26           | 5    | 9    | 55           | 13   | 15   | 88           | —    | 2    |
| 27           | 8    | 4    | 56           | 6    | 8    | 89           | 1    | —    |
| 28           | 6    | 8    | 57           | 9    | 5    | 105          | —    | 1    |
| 29           | 5    | 3    | 58           | 17   | 6    | 115          | —    | 1    |